



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censvris In Commvni,
Excommvnicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Sectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

luis lib. quint. cap. prim. numer. sexto, & Iasius cap. 12. per totum, vbi affert Speculatorem titul. de Dispensatione, §. Iuxta, & citat plura decreta, ve cap. Testimonium, de Testibus cum Glorio, & cap. De his vero, & cap. Sacerdotes, 50. distinction. & capit. Si quis Presbyter, 15. question. octau. & ibidem hoc extendit ad crimina non ita grauia, sed mediocria, si publica sint per evidenter facili, vel per confessionem, aut per sententiam iudicialem, iuxta cap. Quæstum, de Tempor. ordin. Veleriam per publicam infamiam, que per purgationem canonicaem auferri non potuit. Hæc tamen omnia non constanter affirmantur, sed post varia, quæ generatim dicuntur ab autoribus, concludit nihil certum posse in generali dici, nisi ad particularia descendatur. Atque hoc ego verissimum censeo. Opinorigitur, in eo casu non incurri propriam irregularitatem, propter quam sit necessaria dispensatio post peractam pœnitentiam, leclusa infamia, de qua postea dicemus. Hoc probo, quia nullio iure probatur talis irregularitas.

5
Iurapro illa
opin. allata
exponuntur
Ca. vlt. de
Temp. ord.

Etenim in citato cap. vlt. de Tempor. ord. in pri-
mis non est sermo de criminibus in genere, sed de
quatuor in particulari, scilicet, homicidio, periu-
rio, adulterio, & falso testimonio. Deinde, excepto
homicidio prout ibi etiam excipitur, propter alia
non imponitur irregularitas, neq*ue* incurri supponi-
tur, neq*ue* aliquod aliud impeditum canonicum,
vt supra probauit Disputatione 3*o*. sect. quart. sed folia
supponitur, propter huiusmodi crimen publicum
posse clericum, qui tale crimen publice commisit,
impediti ab vsu ordinum, in quo ius Prelatorum
Eccl^{esi}, & proutientia ab eis adhibenda declara-
tur, non vero speciale impedimentum ipso iure in-
currendum imponitur. Multo autem minus pro-
bant alia iura. Nam in dict. c. Testimoniorum, non agi-
tur de criminibus, qu*ae* inducent irregularitatem
sed de his, que sufficiunt, vt testimonium alienius in
iudicio non admittatur: quidquid autem de illis sit
nullum argumentum a simili hic admittimus. So-
lum possunt similia iura deseruire ad explicandum
quando, & quomodo ex illis contrahatur infamia
& ratione illius irregularitas. Cap. autem, *Debet*, in
superiori sect. exppositum est, qu*ia* nec propriam le-
gem, sed Rabini sententiam, nec verbum, si indicet
penam ipso facto impositam, continet. Cap. autem
Sacerdotis, quod potius de suspensiōne loquitur in di-
cta sectione de Suspensione late tractātum est. Vb-
etiam exposuimus cap. vltim. 15. question. 8. quod
ad hoc etiam allegari solet. Caput tamen penulti-
mum seu, Si quis presbyter, quo dicitur citatum est, in
primit non est Martinus Pap*e*, sed sumptu ex cano-
nibus Martini Episcopi Bracharen*s*. Deinde in eo ne
ferrut aliqui peccata ipso iure, sed ponitur modus
quo puniendus est Presbyter, vel Diaconus, qui sub-
rictendo peccatum prius commissum, ordines suscep-
pit. Cum autem ibi dicitur, Si peccauerit, intelligen-
dum videtur non de qualibet peccato (quia incre-
dibile est quodcumque peccatum ante ordinationem
commisum tam seueru puniri) sed de peccato quo
suscipiendis ordinibus impedimentum assert. Vn-
de in Concilio Neocesariensi cap. 9. ex quo videtur
Martinus decretum illud sumptu*s*, dicatur. Si corpo-
re prim*e* peccauerat, &c. & de aliis peccatis secundum
veriorem translationem subditur. Nam reliqua per-
petrat apurimi censurunt per manus impositionem posse to-
li, si ac diciter, non impeditum ordinationem, si
illis penitentia agatur. Peccatum autem corporis, si
dubio est aliquals lapsus carnis, & communiter ex-
ponitur de fornicatione ex capit. Qui s*alij* istis, 15. q*u*
nam fortasse olim simile peccatum commissum ei-
am ante ordinationē presbyteri, vel Diaconatu
puniebat postea in clero confiteente tale delicto
vel de illo conuictio. Sed hoc non est nunc in usu, ne
que ex tali pena propria irregularitas colligi poter-
Quapropter, Scit supra dixi non incurri suspensiōne

A nem propter huiusmodi peccatum publicum, ut v
g. concubinatum, vel aliquid huiusmodi: ita in p
senti sentio non incurri irregularitatem, nisi vel ra
tione infamiae, de qua item dicemus, vel propter a
liquid speciale ius, quod solum in delictis sup
ertractatis invenitur.

Non omittam tamen aduertere, Maiolum in lib.
5. fere per 40. capita enumerare quam plurima peca-
cata, quæ irregularitatem inducent. Sed de nullo id
fatis probat, præter ea: quæ tractavimus, loquendo
de propria & canonica irregularitate: sed in gerundum
quodlibet impedimentum peccati, aut scandali, &
alia huiusmodi, quæ natura sua reddunt illicitum
vism ordinum, vocat irregularitates. Sæpe etiam
B quodlibet censuræ impedimentum irregularita-
tem appellant, sèpiusque suspensionem, aut deposi-
tionem etiam ab homine imponendam, negare am-
plius probant ura quæ adducit. Quod postea facili-
tatem ostendere discutitudo per singula: tamen obvi-
tandam prolixitatem id omittimus, præsertim cum
ex multis exemplis in superioribus tractatis facile
sit de ceteris ferre iudicium.

DISPVTATIO XLIV

*De irregularitate quæ contrahitur ex delicto hominum
et id voluntarij.*

DVPLEX est hominis occisio, una iniusta, altera iusta, & prior esse potest voluntaria vel directe, vel indirecte tantum. Illa ergo quæ & iniusta, & directa voluntate fit, retinuit nomen voluntarij homicidij: quæ autom non ita voluntaria est, dicitur casualis, habetque aliquam rationem homicidij, si indirecte saltem voluntaria sit, quod si continget esse omnino inuoluntariam, dicetur simplex occisio hominis mere casualis; nam homicidium absolute, peccatum suum aetum significare solet. Voluntaria vero hominis occisio duplici titulo potest esse iusta, scilicet ratione defensionis, aut publicæ potestatis & causæ. Vnde quadrupliciter consurgit hominis occisio, seu materialē homicidium, scilicet voluntarium, casuale, defensum, punitum, & ex omnibus cōfurgunt irregularitates, quæ hic sigillatim tractandas sunt, propter connexionem quam inter se habent: simulque de mutilatione dicemus, quia eiusdem speciei est, licet imperfecte illam participet.

SECTIO I

Quæ voluntas in præsenti materia necessariæ sit ad homicidium voluntarium.

Vpponimus ex homicidio voluntario contrahi irregularitatem, id enim passim habetur in iure, dist. 50. & tit. de Homicidio, per multa capita. Ut autem modus huius irregularitatis intelligatur, explicare oportet, quæ voluntas, & quæ actio ad voluntarium homicidium iuxta consuetudinem iuris sufficiat, hincenam resolutio huius disputationis pendet, vt recte Caiet, notauit 22. quest. 64. art. 7. In praesenti ergo questione ut certum in pri-
mum. tunc
Catech. 1. Cöncili.

mis est ad hanc irregularitatem esse necessariam voluntatem directam & perfectam homicidij: nam in iure irregularitas homicidij voluntarij multum differet a casuali, vt patet etiam ex Trident. sess. 14. cap. 7. de Reformat. Differentia autem solum esse potest in voluntate directa, qua necessaria est ad voluntarium homicidium & non ad casuale; vt ex eisdem iuribus conflat, & ex his quae congerit Couarr. relectione de Homicid. p. 2. initio.

An *requira*. **An** *exprimatur* *voluntas* *occidendi* *hominem*. Nam Couarr. supradicat negat esse necessariam, sed facis esse putat quod quis directe intendat alium percutere, & vulnus iniuriosum, vel nocium illi inferre: nam, si cetero intendat lethale vulnus, vel potius quamvis intendat illud non inferre, si tamen de facto intulit vulnus lethale, & sequitur est mors, tale homicidium directe voluntarium censendum erit. Non caret tamen hoc dubitatione: nam illud solum dicitur homicidium voluntarium, quod directe ac per se voluntarium est. Quod videtur explicari illo verbo, *Per industriam*, vel per infidias, in capit. 1. de Homicidio ex verbis Exod. 21. & in cap. *Sicut dignum*, § 1 eodem titulo expresso dicitur. *Qui animo occidendi*. Et eisdem modis loquitur leges ciuilis. Sed perfectum voluntarium non est, nisi vbi effectus ipse expresse & in se est voluntus, vt constat ex 1. 2. quæst. 6. art. 1. & 3. quæst. 79. vbi D. Thom. ait. *Cum aliquid non cognovissemus esse peccatum, non posse dicitur, quod voluntas per se & directe fertur in peccatum*. Sic ergo in praesenti dici potest homicidium quod sequitur ex actione, qua non fuit cognita ut occisa, neque ut talis fuit volita, non posse dici per se & directe voluntarium, quia voluntas tunc non fertur directe & per se in ipsum homicidium: ergo tale homicidium non erit simpliciter voluntarium: Et confirmatur, nam id, quod est voluntarium tantum in causa, est solum indirecte voluntarium etiamsi effectus sequatur per se ex tali causa, immo tunc maxime intercedit hoc voluntarium: nam si efficiens sequatur mere paccidens, vix potest esse voluntarius, vt sentit D. Thom. supra, & 1. 2. quæst. 20. art. 5. Sed in eo casu homicidium tantum est voluntarium in causa scilicet, in percusione, cum in se non fuerit intentum: ergo. Confirmatur secundo, nam repugnat eundem eventum simul esse directe voluntarium, & directe nolitum: sed in eo casu non solum quis non intendit occidere, sed etiam intendit non occidere, & cōsequenter intendit ita moderari actionem, ut non occidat: ergo, quamvis posse sequitur fieri homicidium, non potest dici directe voluntarium, cum expresse fuerit nolitus. Confirmatur tandem ex 2. vlt. de Homicidio in 6. vbi qui famulo mandat ut alterū percutiat, non vero occidat, si famulus mandatum excedat, & occidat, dicitur manere irregularis: & redditur ratio. *Cum mandando in culpa fuerit, & hoc contingere posse, debuerit cogitare*. Ex quibus verbis colligitur, illud homicidium non esse directe voluntarium, sed indirecte in causa quam debuit & potuit vitare: idem ergo erit, etiam si quis per se ipsum alium vulnerat, si tamen id faciat sine propollo occidendi. Et D. Tho. 2. 2. quæst. 64 art. 8. ad secund. plane sentit in simili casu tantum esse homicidium voluntarium indirecte.

Questionis resolutio.

Pro resolutione aduerto, triplicem voluntatem posse hic interuenire, una occidendi expresse, & de hac nulla est dubitatio quin sufficiat. Secunda est definita non occidendi, sed directa vulnerandi absque vulnere lethali. Tertia erit indefinita percussendi, vulnerandi, aut me vindicandi. Deinde oportet distinguere forum conscientia, quod veritate rei inititutur, ab externo, quod sapienter presum-

A prione. Dico ergo primo, absolute illud solum directum esse in praesenti materia homicidium voluntarium, quod ex proposito occidendi fit. Hoc mihi probant omnia superius adducta, quibus addo a verbis Concilij Tridentini sess. 14. cap. 7. ibi. *Quis sae Com. Trik. voluntate homicidium perpetraverit, & infra, si vero homicidium non ex proposito, sed casu, &c.* Ex quibus verbis conflat, illud appellari homicidium voluntarium, quod ex proposito fit: dicitur autem homicidium factum ex proposito, quod sit ex voluntate occidendi, nam ibi non est sermo de alio proposito: ergo haec voluntas necessaria est ad homicidium simpliciter voluntarium. Hoc etiam confirmant iura ciuilia, in quibus non dicitur homicidium absolute voluntarium, nisi intercedat dolus, vt patet ex 1. In lege, ff. Ad legem Corneliam, dolus autem non est nisi animus occidendi, ut constat ex l. 1. s. 1. & ex 1. Diu. eod. tit. Quibus locis autem iuris interpretari, quoties simpliciter sermo est de pena homicidii, intelligendum esse illum, qui tali dolo & voluntate homicidium committitur: quia ille est tantum homicida simpliciter iuxta communem ius, & quia penae restringenda sunt. De quo late Antonius Gomez *Antonia Tom. 3. Variarum cap. 3. num. 15. & sequentibus* Imo addit Salzedo c. 94. in Prædicta ad homicidium voluntarium, prout in hac materia sumitur, requiri quod deliberato animo, & initio consiliori: nam si ex rixa repente orta, vel ex inimicicia ob iniuriam, verba subdito contracta homicidium perpetrat, casuale putat esse, non voluntarium. Et citat *Diodacum Perez in lib. 8. Ordinamenti. tit. 13. num. 25. 5. Didacum in Rubrica.* Sed haec nimia ampliatio & extensio *Porta.* mihi videatur: quāquam enim rixa ex tempore suborta sit, potest quis libera voluntate directe intendere mortem alterius: ergo tale homicidium est in se directe voluntarium, & sub hac appellatione in iure comprehenditur, nisi fortasse in diversationem defensionis, cuius alia est consideratio infra tradenda.

Ex hac vero regula sequitur, quando aliquis vulnerat alium directe voluntate percutiendi seu vulnerandi, tamen cum proposito non occidendi, quāvis modo sequatur, illud non esse homicidium voluntarium in rigore, & in conscientia, in qua de ea proposito constare potest. Quod secus est in foro exteriori, & ideo in illo conjecturis & signis agitur, quia ex circumstantiis, vt ex instrumento quo percussit, ex loco, modo, & occasione desumuntur, & in dubio semper presumunt contra occidentem, vt late Antonius Gomez supra. Aliquando vero necessarium est eisdem conjecturis vt in foro anima, maxime ad dispensationem, vt quando ipsius occidens nescit explicare intentionem suam. Et præter tertium quando habuit animum percutiendi, neque expresse includendo vsip ad occisionem, neque tamen excludendo aut limitando: sed indifferenter absolute volendo percutere aut vulnerare: tunc enim circumstantias considerare necesse est, nam ex eius pendet cognitione causæ, quæ ad occisionem hominis applicata fuerit. Nā si illa sit proxima, & ita efficax, vt ex illa moraliter sequi soleat mors, tunc homicidium illud censendum erit simpliciter voluntarium: in quo casu procedet prior sententia ex Couar. citata: nam velle talern causam, perinde est ac velle efficiunt: nam si quis directe vult applicare ignem legiti, facit directe vult incendiū: & qui vult propinare venenum, quod scit esse mortiferum, fatus directe vult mortem, etiam si fingat se nonne. Sic ergo qui ense vult percutere absolute, in quacunque parte potest, & quomodo potest, & ho modo occidit, tale homicidium voluntarium est, quia moraliter idē est velle talem causam proximam, & velle effectum. Quid secus erit quando vultus eodem instrumento, directe procurat non percutere ita ut vulneret, vel non in parte periculosa: tunc enim si aliud cunatur,

præ-

præter intentionem erit, & excusabitur à ratione homicidii voluntarij in dicta proprietate. Idemque à fortiori erit, si instrumentum ex se non erat apicum ad inferendam mortem: & simili modo poterunt alia circumstantiae considerari.

Dico ergo secundo. Ad hanc irregularitatatem necessaria est, ut carium esse expressum ac directum, imo & spontaneam voluntatem occidendi, in actu signato (vt sic dicam) vel exercito. Dicitur enim tali voluntati, quando vel mors ipsa est intenta, vel saltet actione illa, quae est causa proxima, & moraliter per se, & inequivocabilis mortis, vt satis explicatum est: quia velle talem actionem reuera est, velle inferre mortem in actu exercito (vt sic dicam) quamvis in actu signato & expresso non cōcipiatur. Dixi autem voluntatem hanc debere esse spontaneam, vt excludeam voluntatem se defendendi, quæ in hac materia solet dici necessaria: & licet in ea aliquando excedatur, etiam peccaminose, effectus ex illa sequetus non est voluntarius, prout nunc loquimur, sed alterius rationis, vt infra videbimus. Adde, sub nomine mortis mutilationem etiam comprehendisti, iuxta dicenda sectione sequente.

SECTIO II.

Virum, Ad hanc irregularitatem necessarius est effectus mortis vel mutilationis.



Ertum est, solam voluntatem internam non sufficere, si in actu exteriorem non prodeat, vt in principio huius materiae dictum est, & patet ex cap. viii. 15. quæst. 1. Dixerunt autem quidam, fieri aliquem irregularē, si animo occidendi vulnera intulit, vel, quod in se est, fecit ad occidēdū, quamvis mors non fuerit subsequuta. Ita Glossa vlt. in cap. Perniciose, de Pœnit. d. 1. & probat ex cap. Si eis, ead. dist. vbi Augustin. ait. *Qui tentauit facere adulterium, non inuenit esse reum, quam si in ipso factō deprehenderet.* Idem tenuit Hugo in cap. Si quis, d. 51. Speculator titulo de Dispensatione, §. Iuxta, vers. Sed quid de iudice? Et Maiolus libr. 5. cap. 48. num. 5. qui quita declarat hanc sententiam, vt nec sola voluntas interior, nec qualibet exterior actio ordinata ad occidendum sufficiat ad irregularitatem inducendam, nisi sit actio proxime ordinata ad occisionem, qualis est vulneratio, nam hanc cōfiteat sufficere, etiam si non sequatur mors. Fundamentum est, quia in atrocissimis delictis attentatio, licet non fortius effектum, eandem poenam meretur: in hoc enim sensu dicitur in l. Diuus, scilicet de Sicariis. In maleficiis voluntas spectatur, non exitus. Et in l. in lege. Dolus profecto accipitur: nam ibi dolus non significat solam internam voluntatem, de hac enim non indicat civile ius, sed voluntatem, que exterius se prodit in tentatio homocidij, de quo in particulari ibi sermo est. Et generaliter de omnibus atrocibus delictis id tradit Baldus in l. Si fugitiui, Cod. de Seruis fugitiui. Sed hæc irregularitas, de qua agimus, est poena homicidij ergo inturrit per homicidium proxime attentatum, etiam si in re non sequatur. Et confirmatur, quia se tentat occidere, & sic ibi vulnera infert, vel laqueo se suspendit, quamvis ab aliis praeventus, & impeditus sit, ne consummaret suam mortem, irregularis manet, cum excommunicationem ipso facto incurrat.

Dicendum nihilominus est, irregularitatem hanc non incurri, nō subsequito effectu homicidij, quo-cunque modo etiam miraculo impediatur, præterquam in casibus à iure expressis. Est communis, & mihi certa sententia, quam late probat supra tractando de Censuris in communi, eademque est ratio de irregularitate ex delicto: & in hoc delicto, ac in ceteris. Est autem generalis ratio, quia poena ipso

Fr. Suarez tom. 5.

A iure imposita non incurritur nisi per delictum consummatum, nec sufficit inchoatum, etiam si peruerterit ad actum propinquum, vt notarii Panormi. Abb. 13 citans Ioannem Andream in regul. In panis, de re. Ioan. Ann. guli. iuriis in 6. ex qua regula id sufficienter probatur quia pœna non sunt extendenda, sed coarctanda ad proprietatem verborum legis. Summi etiam potest optimum argumentum ex c. Perpero, de Electione in 6. item ex ca. 1. de Homicidio in 6. ibi. Quantum mors forsan ex hoc non sequatur. Nam, quia ibi Pontifex voluit extendere penam ad homicidium intentatum, etiam non sequito effectu, ideo id expressit, significans, vbi hoc non exprimitur, non habere locum talam extensionem. Atque haec sententia communiter recepta est: sumitur ex D. Tho. l. 2. D. Thom. qæst. 20. ar. 5. ad 4. iuncta doctrina eius in 2. q. 6. art. 7. ad 3. & art. 8. ad 2. Soto lib. 5. de Iustitia, qæst. 1. art. 4. & in 4. d. 25. quæst. 1. art. 3. Sylvestro verb. Homocidium, 3. nu. 2. Armilla verb. Irregularitas, nu. 2. Narr. na. 27. num. 223. Couar. in Clemente. Sifuriosus, 2. par. in princip. n. 5. vbi alios refert, Antonino 3. pat. 28. cap. 2. Panormitan. supra, & in cap. 1. Qui clerici, vel videntes.

Extenditur irregularitas ad mutilationem,

Dixi autem, præterquam in casibus à iure expressis, quia, sicut negatio in præsenti est sufficiens cancellatio, ita & affirmatio affirmationis. Et per se manifestum est potuisse ius extendere hanc irregularitatem ad aliquam percusionem, quæ ad homicidium non perueniat. Prima ergo & practica extensio est, si mutilatio fiat, illa enim ad irregularitatem sufficit, capit. in Archiepiscopatu, de Rapto. Clement. vnic. de Homocid. tunc autem constat, non incurriri irregularitatem propter intentum homicidiū: nam, licet quis percutiat animo mutilandi tantum, & non occidendi, irregularis fiet, quia talis irregularitas non incurritur titulo homicidij, sed præcisæ causa mutilationis, nequaquam intentio seu dolus in iure postulatur. Atque ita talis casus non est propriæ exceptio à prædicta regula, quia haec reuera non est irregularitas homicidij, sed alia distincta, quæ cum illi coniungitur proper similitudinem culpæ, nam licet differant ut perfectum & imperfictum, in iure & equiparata sunt quoad penam irregularitatis, vt Glossa notauit in dict. Clement. verb. Mutilat, vbi alia iura allegat.

Refert autem non parum hanc esse & equiparatio. Dicimur inter iuris, & non identitatem, seu (quod idem est) has irregularitates esse distinctas & non eandem, vt intelligamus, non omnia, quæ iura disponunt circa irregularitatem homicidij voluntarij, extendi ad mutilationem voluntariam. Quod notauit Congregatio Cardinalium in response quadam circa l. 24. Conc. Trid. cap. 6. de Reform. in quo dispensatio irregularitatis homicidij voluntarij referatur Summo Pontifici: declarauit autem Congregatio, illam reservationem non extendi ad dispensationem irregularitatis ex muriatione voluntaria occulta, sed coricedi Episcopo ex vi illius Decreti. Quia reservatio illa ad rigorem pertinet, & ideo extendi non debet ad casum non expressum, cù diuersus sit, & minus gravis, & acerbus, quia homicidium simpliciter odioius est quam mutilatio. Unde pro regula confitui potest, ea, quæ iura disponunt de irregularitate pro homicidio, si ad lenitatem, vel aliquam pœnae diminutionem pertineant, extendi ad irregularitatem mutilationis: quia fauores sunt ampliandi, & à fortiori sufficienter constat hanc sufficiemtiam legislatoris: Si vero pertinet ad rigorem, non est admittenda extensio ad mutilationem, nisi in ipso iure fiat, propter rationem dictam. Secus vero est de iure disponente aliquid circa solā irregularitatē.

Mmm 3 laritatē

litaritatem mutilationis: nam, si illud rigorem cōtineat, extenendum est ad homicidium non propter argumentum à simili, aut à minori ad maius quodocanque: sed propter argumentum à parte ad totum, nam homicidium mutilationem, vel formaliter, vel emitenter continet: è contrario vero, si fauorem contineat, non erit extendēdū, quia diminuta pœna in minori seu pariali delicto, non sequitur diminui in maioru seu totali.

Ex qua doctrina colligitur, regulam superius possum in homicidio, à fortiori habere locum in mutilatione, non enim sufficiet intentata vel inchoata ad irregularitatem inducendam, nisi consummata sit. Quod adeo verum reputant Doctores, vt afferant, etiam si membrum aliquod ita vulneretur, vel laceratur, vt inutile reddatur ad ministerium suum, non incurri irregularitatem, nisi abscondatur. Ita Panormitan. in cap. i. Qui clerici vel videntes, nū. 9. vbi alios refert, & adducit capit. Sicut virgines, questione i. propter illa verba, Ut si cuius manus esset artada, verum quidem esse membrum, quia tamen apud Augustinum, ex quo referuntur, non inueniuntur. Eandem opinionem sequitur Felinus referens alios in cap. Cum illorum, de Sent. excommu. n. 11. Nauarr. n. 204. & n. 219. & 222. Ratio autem est, quia non est simpliciter mutilatio, sed membra debilitatio, quae est res longe diuera. Vnde, cum iura duo exprimat, scilicet, homicidium, & mutilationem, & tertium taceant, scilicet debilitationem membra, argumentum est illud non comprehendere, iuxta ca. Nonne, de Præsumptionibus, cum similibus. Dices, & quale documentum videtur, ita debilitate membrum, ut inutile reddatur, ac amputare illud. Respondeatur, licet forte culpa & qualis sit, tamen effectum simplificer non esse eundem, quod satis est ut pœna non extundatur. Addo etiam, nec documentum esse & quale, quia fatem deformitas qualis non est. Contrarium nihilominus sensit idem Panorm. in capit. Cum illorum, de Sent. excom. n. 8. quem Syli. & Angel. secuti sunt. Sed non est recedendum à priori sententia, nam hæc nullo fundamento nititur, Panor. etiam ibi ait, in Clementina vñica de Homicidio, distinguunt mutilationem, & truncationem, & hanc posteriorē esse totalem membra abscessionem, vel diminutionem, illam vero esse talen membra debilitationē, quæ eius munus impedit sine abscessione, & utramque sufficere ad irregularitatem. Hoc vero totum falso est, quia neque in textu habentur illæ duas voces, neque in latino rigore aliud significat mutilare quam truncare, vel absindere, aut diminuere membra. Quomodo autem possint illæ duas sententias Panormitanæ in concordiam redigiri significabo.

Nonnulla vero hic declaranda supersunt. Primū est, quænam abscessio ad mutilationem sufficiat. In quo certum est non sufficere sanguinis effusione, quamtuam copiosam, & cum multis vulneris. Ita Nauarrus num. 223, & Abbas in cap. i. Qui clerici vel videntes, nū. 8. Quia sola vulneratio, & sanguinis effusio non est mutilatio in verbi rigore & proprietate, quæ tenenda est. Neque obstat, quod Martinus V. concessit priuilegium quibusdam religiosis dispensandi in irregularitate ex homicidio, mutilatione, & enormi sanguinis effusione, ut constat ex compendio: quia illa tertia particula vel addita est ad tollendos scrupulos, vel non est sumenda per se sola, sed coniuncta cum alijs. quia quo mutilatio, vel mors facta est cum maiori sanguinis effusione, seu multiplicatione vulnerum, eo est irregularitas difficultius dispensabilis. Deinde, etiam pars aliqua carnis absindatur, non incurritur irregularitas, quia illa etiam non est mutilatio: nam mutilare significat proprie membrum aliquod absindere: caro autem non est membrum. Disputant autem late Iurisperiti quid nomine membra intelligantur.

Membra
gnod dico-
ntr.

A tur in statuto puniente mutilationem, aut membra abscessionem, ut videre licet in Panormitan. in dict. Abb. cap. Cum illorum, & in cap. i. Qui clerici vel videntes, n. 10. & Bartol. in l. 2. ff. de public. iudic. Bald. n. 1. Bald. Data opera, Cod. Qui accusare non possunt, colum, Nauar. 12. & Nauar. supra n. 206. Qui omnes concludunt, membrum in corpore humano appellari partem illam, quæ est quasi integrum instrumentum proximum alicuius actionis, ut manus, pes, oculus, non vero partes aliquæ talium membrorum, & hancregulam sequuntur communiter. Summis, ut videre licet in Sylvest. Homicidium, 3. nū. 5. & Angelo Sylvest. Homicidium 5. n. 6. Vnde in c. Expositi, de corpore vitiatis, cui altera manus doceat, dicitur simpliciter mutilatus. In c. autem 2. de Clerico & grotante, ille, cui media palma manus cum duobus digitis abscessa fuerat, non dicitur truncatus membro, sed receptus membra debilitatem, & deformitatem: ergo propriæ membrum solum est tota manus: & eadem est ratio de ceteris. Cui consonant illud Pauli ad Rom. 12. In uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; quia membrum dicitur quod aliquem actum habet, ut idem Apostolus late describit 1. ad Corinth. 12. Consonanter illud Gregorij, quod refertur in cap. i. d. 89. Varietas Greg. membrorum per diversa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem represeñat. Ratio iuxta materia capacitatem reddi potest, quia, licet haec vox & quicunque & iuxta Philosophiam quilibet pars heterogenea soleat membrum appellari; tamen in materia morali potest sumi cum illa amplitudine, alias qui vnguentum cum illa parte digiti amputare, irregularis fieret: q. verisimile non est, nec consentaneum iuri, ut colligi potest ex cap. i. & vlt. de Corpore viciatis. Ergo aliqua moralis regula est constituta; hac autem nulla appetat certior quam prædicta.

Nihilominus aliqui Theologoi ab hac sententia discesserunt, ut videre licet in Caier. 2. qu. 65. art. 1. & alijs modernis ibi & Sot. lib. 5. de lustria, q. 2. a. finitima qui afferunt non esse de ratione membris, in ordine Cam. ad mutilationem & irregularitatem, ut per se habeant aliquem membrum, quod per se valeat aliquid manus exerceat in corpore absque consortio alterius. Item, quia digitus etiam in ordine ad mutilationem videtur esse membrum, tum quia quamus digitus non possit sine consortio manus operari, tamen sepe habet aliquid proprium in actione manus, ut patet in musica, literatura, & similibus, cum etiam quia alias absindens digitum alteri non maneat irregularis, quod falso videtur, quia multum diminuit integratam corporis alterius. Vnde concluditur ratio, quæ attingit Caier. quia membra corporis dicuntur illæ ex quibus configunt integritas corporis organici: ergo quilibet pars organica, quia absata non manet corpus integrum iuxta moralem & stimationem & communem loquendi modum, habet rationem membrum in ordine ad mutilationem huiusmodi autem sunt, digitus, & similes partes. Accedit, quod alia opinio non habet firmum fundamentum, quia omnia superioris adducta recte accommodantur etiam his membris, quæ sunt partes allorum membrorum principalium: vnde non repugnat aliquid esse membrum, & esse partem membra seu membrum membra. Et hoc insinuasse videtur Glossa Clif. in c. Cum illorum, de Sent. excom. verb. Mutilationem membra, dicens in simili causa non esse distinguendū inter membrum & membrum.

Inter has sententias hæc posterior absolute probanda videtur, quod ad irregularitatem attrinximata. Iudicatur di p. inst. dñs

Corollar.

Panorm.

Felinus.
Nauar.

Obiectio sol-
nitur.

1. Conclu-
sion. Nauar.

Abb.
Martin V.
privilegium
exponit.

2. Conclu-
sion.

Membrum
gnod dico-
ntr.

Sect. II. Quis effectus requiratur ad hanc irregul.

691

peccatis san-
centias
fertur.

disputatio physica quid membrum sit: vel iuridica quid nomine membrum in legibus penalibus sit intelligendum, non videntur in presenti necessarie: nam iura canonica ad hanc irregularitatem, vel non requirunt mutilationem membra, sed absolute mutilationem, ut patet ex dicta Clement. Est autem mutilatio simpliciter, si principale membrum notabiliter minuatur, sicut non totum abscondatur, iuxta Latinam illius verbi proprietatem: vel certe si alicubi canones membra faciunt mentionem, membrum diminutionem sufficere indicant, ut patet cap. de Clericis pugnanti, in duel. ibi vel membrorum diminutio, ad quod faciunt, quae adducit Felin. in cap. Cum illorum, de Sententia, excom. n. 2. Exemplisque declaratur: nam quis dicat ad irregularitatem non satis esse digitos vel dimidiata partem virtus magna abscindere? Item qui aurem abscindit, plane videtur fieri irregularis, quidquid fit an illa pars sit membrum ut vult Castro, vel pars principalis organica: utroque enim modo illa est grauis mutilatio corporis. Itaque ad mutilationem satis esse videtur quod sit vel integra abscissio, vel grauis diminutio alicuius principialis membra. Dicitur autem grauis diminutio non omnis illa, qua ad peccatum mortale sufficit, quia potest esse grauis culpa, & non grauis mutilatio, ut abscindere partem digitum ex sententia omnium non satis est ad irregularitatem, quamvis sine dubio mortale peccatum sit, debet ergo ista diminutio esse notabilis: qua antem talis sit, ex communi estimatione, & deformitate, ac impedimento ad has actiones pensandum est. Quod si res dubia fuerit, arbitrio Ordinarij relinquitur iuxta Innoc. Hostiens. & alios in dict. c. Cum illorum, & in eo dubio inclinandum est in favorem legis, & irregularitatis, ceteris paribus, quia supponitur certa mutilatio.

An abscissio
enim auricu-
cula suffi-
ciet ad ha-
irregul.
Salzedo.
Nauarr.

Ex his definiri possunt particularia dubia, que ad similitudinem dissolutionem deferuntur. Primum est, an abscissio vnius auricula sufficiat ad irregularitatem. Coarct enim negat, & sequitur Salzedo in Practica cap. 99, quia auricula non est membrum, nec illius abscissio est grauis mutilatio. Contrarium tenet Nauarr. num. 22, quia licet non sit membrum auditus: tamen eius abscissio inducit magnum deformitatem in parte superiori, & publica. In quo non videatur conqueferre loqui, quia deformatione non sufficit sine mutilatione. Sed nihilominus sententia est verisimilior: quia reuera illa est mutilatio iuxta doctrinam datam, quia auris multo prestat ad organum auditus. Vnde considerata vterius deformitate quam inducit, videatur esse satis grauis diminutio integratatis corporis humani. Simile dubium est de vno digito, & communiter non reputatur sufficientes eius abscissio quod est verisimile, si sit alter ex duobus minimis, de quolibet autem aliorum mihi videatur res latius grauis, & ad minimu[m] dubia, & dispensatione indigens. Solet etiam dubitari de abscissione mamillae in feminina: nam Salzedo supra id etiam negat sufficere. Quod ego verum non existimo: quia reuera est mutilatio grauis, non minor quam abscissio in vno: non enim minus graue est organum lactis fabricatum in feminina, quam sit in vno organum seminis: imo iuri periti mamillam in feminina absoluete dicunt esse membrum principale, ut patet ex Felino dicto num. 3. & Baldo in I. data opera, C. qui accusare non potest.

De mamil-
la in fe-
mmina.

10 Aliud dubium est, an fiat quis irregularis mutilando se ipsum, ad quod affirmanter respondendum est addendum, quoties aliquis fit irregularis mutilando alium, fierietiam mutilando se ipsum eodem modo: & contrario vero aliquam sui mutilationem sufficere ad irregularitatem, quae in alio facta non sufficeret. Vbi oportet distinguere mutilationem passiuam ab actua: prior enim pertinet potius ad defectus corporis, de quibus supra, & per se solum

A requirit deformitatem, & debilitatem ad ministerium, & video percutiens alterum interdum facit illa irregularis, licet ipse non fiat, ut notauit Nauarr. n. 206. & 219. quia potest reddere alium ineptum ad ministerium sine mutilatione, & similiter est contrario potest interdum mutilator fieri irregularis, & non mutilatus, ut in eumacho per injuriam patet, vel si duo digiti pedis abscondantur. Qui ergo mutilat se, utroque modo fieri irregularis, vel actiu[m] si mutilatio per se sufficiat, quia iura absolute de mutilante loquuntur, vel passiu[m] si se reddat deformitatem, vel ineptum ad ministerium. Aliquando etiam minor sui mutilatio sufficit iuxta Innocent. Epist. 4 ca. 1. & C. Innocent. cil. Tribur. cap. 33. & habetur cap. 6. dict. 55. vii dicitur: Qui pariem d[icit] g[ener]it cuiuscunq[ue] lib[er]i ipsi volens abscondit h[ab]et ad clerum canores non admittit: quia mutilatio in alio facta ex sententia omniu[m] non tolleretur: quia in mutilante se specialis atrocitas consideratur, que sibi ipsi auctor est ferrum inuicere, Innocent. dicit.

Tertio queri potest an maneat irregularis, qui membrum aridum, vel impeditum alteri abscondit. An qui dicit. Et est ratio dubius, quia illa non videatur grauis legem membrorum, quia membrum inutille qualis nihil reputatur, immo impedimentum si sit aridum, reuera non est membrum, licet apparet. In contrarium vero est, quia is, qui membrum cindit trahit, debilitate non est irregularis, ut supra dictum gularis est: ergo necesse est, ut qui membrum debilitatum sit postea abscondit, maneat irregularis: alias posset quis mutilari a duobus, nullo illorū, irregulari manente, quod videatur fieri non posse. Respondeo, aliud est quod membrum sit omnino aridum, id est, mortuum, aliud vero quod sit debilitatum seu inutile ad suum munus exercendum. Nam, si se habet priori modo, truncatio illius non videatur esse mutilatio corporis humani, sed haec potius censeri potest tunc facta, quando ita fuit membrum secundum, ut ex vi talis lesionis desiderat anima hominis informari, quia licet exterritus forte non appareat truncatio (quod vix potest contingere) ramen substantialiter facta est, eamque censere sufficiere ad irregularitatem inducere dicunt prius de hac lesione locuti sumus, sed de sola membra debilitate. Arguitur possent dicta Panormitanus supra citata conciliari. Nam qui membrum, v.g. occultum ita laetit, ut ex

D vilis lesionis omnino arefacta & siccatum, quamvis nullam partem abscindere videatur, irregularis maneat, quia substantialiter, ut sic dicam, mutilat, nam relinquit corpus uno membro principali priuatum. Et hoc significasse videtur Sylvestri Homicidium, 3. q. Sylvestri 3. vers. 3. & Angel. Homicidium, 5. num. 5. Maiol. cum Angel. aliis quos referrit, lib. 5. c. 50. Ideoque si alter postea Maiol. membrum iam arefactum auferet non attingendo membra viventia, non videatur mihi incurere irregularitatem, propter rationem superius factam. Natura eadem est de hoc ratio, quae de illo qui caderet detruncat seu mutilat, de quo manifestum est non incurere irregularitatem, quidquid Maiolus dicit loco nuper citato numero octavo, vbi contrarium sentit, nullum tamet assertum iuris fundatum, & nostram sententiam tenet Nauarr. cap. 27. Nauarr. numero 219, cum Archidiacono in capit. Si quis, 15. Arcidiaconi quæst. i. At vero quando membrum est verum ac viuum, quantumvis sit debile, vel intute ad suum ministerium, mutilator illius fieret irregularis: quia vere mutilat corpus humanum, & in iure nihil aliud postulatur: nec potest talis mutilatio non censeri grauis, ac sufficiens, tum quia accidentarium est quod membrum supponatur impeditum: tum etiam, quia talis mutilatio inducit saltum graue deformitatem, quia supposita truncatione alicuius parcis sufficit ex omni parte ad irregularitatem inducendam.

Quarto inquiritur, an deformatio interdum sufficiat sine mutilatione. Aliqui enim affirmant, si talis sit, ut deformatum impedit ne promoveri possit, etiam si partem corporis non abscondat, sed faciat sciam sciam.

M mm 4

12
An deformatio
sine muti-
latione suf-
ficiat.

Sylvest.

Maiol.

Nauarr.

ciem de honestet, v. g. Ita refert Sylvest, Homicidium, 2, q. 3, vers. 3, in fine, ex quodam Guillermo, & approbare videtur. Etho sequitur Maiolus lib. 4, cap. 1, num. 10, & lib. 5, cap. 50, n. 4. Contraria vero sententiam tenet expresse Nauarrus supra, & est communiter recepta, effoque probabilior, quia nullo iure constat de tali irregularitate, & ideo admittenda non est. Antecedens patet, quia ius exprimit homicidium, & miciationem: ergo reliqua tacendo, illa excludit: sed talis deformatio non est mutatio: ergo propter illam non incurritur irregularitas. Nec refert, quod deformatus irregularis maneat, quia iam dictum est, qui alium irregulararem facit non propterea irregulararem fieri, nisi alias sit in iure expressum.

¹³ Procurans aborsum factus nondum animatis non factus irregularis.

Ex quo principio infertur ultimo, hanc irregularitatem non contrahi procurando aborsum, etiam si effectus sequatur, dummodo rotum maleficium contingat ante animationem factus: secus vero esse si factus sit iam animatus, & inde sequatur mors eius, nam runciam est manifestum homicidium. Vnde ratio prioris partis est, quia illud non est homicidium: aliud enim est impeditre generationem hominis, quod in eo casu fit; nam vera generatione in informatione animae efficitur: aliud vero hominem iam procreatum priuare vita, quod ad homicidium requiritur. In qua resolutione conueniunt omnes Doctores. Et sumit ex capit. Quod vero, & capit. Moyses, 32, quæst. 2, & ex cap. Sicut ex literarum, de Homicidio, & aliasque citat Glossa ita exponens illum textum in cap. Si aliquis, eodem titulo, Tamen Sextus Quintus in speciali Motu proprio contra hoc vitium, irregularitatem extendit ad eum casum, in quo fit aborsus ante animationem factus, & ad eos etiam, qui pocula sterilitatis foeminas propinuant, vel alio modo sterilitatem procurant dummodo effectus sequatur. Veritatem cum ipse met Pontifex dicat, illam esse extensionem huius irregularitatis, eo ipso confirmat antiquam doctrinam nunc positam, scilicet, ante illam constitutionem in illis casibus non suffit incursum irregularitatem. Vnde, cum Gregorius Decimus quartus, illam Sixti Constitutionem quoad hanc partem reuocauerit, & ad terminos iuris communis reduxerit, relinquatur doctrina posita in eodem statu, in quo semper fuit, seclusa illa constitutione.

Sixtus V.

Greg. XIV.

i. Conclu.

Bern. Diaz.

Papa si pro priu manib. occidat non sit irre gul.

Rimo certum est, enim potissimum hanc irregularitatem contrahere, qui per se ipsum alium percudit usque ad mortem, vel ita ut mors cum effectu sequatur, quam intendebat iuxta superius dicta, nam maxime ille homicida est. Quæ regula omnes personas sine exceptione villa comprehendit, etiam ipsos Principes, aut Reges. Ad dunt quidam etiam, Summum Pontificem, si propriis manibus aliquem occidat, fieri irregulariter: quod ex Baldo, & Innocentio in cap. 2, de Maioribus, & obediens, refert Bernardus Diaz in Practica cap. 6, num. 4, & non reprobatur. Idem Maiolus lib. 5, ca. 1, n. 2. Mihil tamen videatur falla sententia, quia, ut supradixi, Papa non magis potest incurrere irregularitatem, quam excommunicationem: & quia eadem ratio est de hac irregularitate, & de aliis: non est enim iuris diuini ut quidam putant, sed humani. Item, quia, si Papa per alium occidat præcipiendo, non sit irregularis, ut dicti etiam autores fatentur, & est verum, etiam si tale mandatum iniustum sit. Et ratio solum est, quia Summus Pontifex non subiicitur iuri communi quoad penas, quæ ratio

A locum habet, etiam si suis manibus interficiat: ne que enim Iudei minus occiderunt Christum lingua, quam si manibus interficiantur, ut Augustinus in Psalm. 66, annotauit. Verum est maiorem quendam horrorem & scandalum illaturum Pontificem, si manibus, quam præcepto etiam iniusto occidendo alium, nec posse licite ministrare divina post tale factum, nisi peracta penitentia, & ablatu scandalu: tamen id non esset propter irregularitatem, sed propter naturalem obligationem auferendis scandalum, & Sancta sancte ministrandi: unde in utroque casu homicidij proprii vel alienis manibus perpetrati obligatio illa locum haberet iuxta occurrentem necessitatem.

B Ab hac vero generali regula excipi solet homo non baptizatus, qui irregularis non fit, etiam si propter manibus alium interficiat. ^{Audias} Quia non videbitur ^{aperte} exceptio, si aduertamus sermonem esse de persona capaci irregularitatis, & supra dictum esse non baptizatum non esse irregularitaris capacem. Nihilominus, quod ad rem spectat, est illa exceptio valde notanda; nam sensus illius est, etiam si ille homicida postea baptizetur, non pullulare, nec manere in illo irregularitatem ratione precedenter actus. Quod tener Nauarrus cap. 27, nu. 219, ex cap. Si quis viduat, Nu. 50, dist. vbi dicitur. Si homicidij post baptismum, &c. Vbi Glossa infert, Ergo si ante baptismum, poteſt. Refert Clig, tamen opinionem quorundam dicentium per voluntarium homicidium peccaminosum ante baptismum commissum non incurri irregularitatem, in curri autem per voluntariam occisionem hominis iuste factam. Quod videatur profecto incredibile melioris scilicet conditionis esse in hoc peccantem, quam non peccantem, cum aliqui indecentia, quæ ex voluntaria sanguinis effusione contrahipotest, non minor sit in peccante, quam in alio: & ideo consequenter loquendo, idem de veroque casu dicendum est. Nam, licet posterior casus ad questionem infra tractandam pertineat, hic breuiter expediti potest, & necessarium est ad totam difficultatem soluendam. Ica ergo generaliter sentit eadem Glossa dist. 26, cap. Deinde, verb. Inter peccata, & dist. si, in principio. Etidem tenent Cardinalis, Clem. vnic. Ord. de Homicidio num. 13, Innocentius, Propositus, & ^{Abbas in c. Guidemus, de Diuoriis, nu. 16. Ex proba tropi} ri potest ex c. Si quis post baptismum, si dist, nam ex hoc, & ex d. ca. Si quis viduat, colligitur, iura non imposuisse hanc irregularitatem, nisi propter homicidium patratus post baptismum: ergo, cum irregularitas non contrahatur nisi in casibus à iure expressis, non est ultra extendenda hæc irregularitas. Et hæc est ratio sufficiens, nam alia, quas adducit, ^{inveniuntur} norm. non probant.

Si autem quis querat, cur iura ita disponant potius in hac irregularitate, quam in bigamia. Repōderi potest, hanc irregularitatem contrahiri propter delictum, quod omnino tollitur per baptismum: in bigamia autem non considerari delictum. Sed hoc non satisfacit, nam etiam in occisione iusta facta a iudice, vel a milite non consideratur delictum, sed significatio & decencia, que non minus considerari potest in proprio homicidio peccaminoso, quævis prescindatur, vel auferatur pofta tota ratio culpi. Panormitanus aliter ait, hanc irregularitatem esse ex constitutione Ecclesiæ, & ideo non extendi ad infideles: sed idem dicendum esse de irregularitate bigamiae: in neutra vero virgine, quia non dicimus constitutionem Ecclesiæ obligare infidelem, sed operari circa hominem iam baptizatum: intuitu actions, quæ præcessit, non propter malitiam eius, sed propter aliquam significacionem vel decenciam. Augeo difficultatem: nam licet illa duo iura addant illam particulis, post baptismum, multa alia simpliciter loquuntur, ut Clem. vnic. de Homicid. cū similibus, sub eiusdem titulis in Decretalibus, & dist. 50. Hoc vero postremus fa-

cile soluitur, cum quia quedam iura per alia sunt interpretanda, & restringenda, maxime in materia personali; tum etiam, quia omnia illa decreta sunt leges quae diriguntur ad subditos, & in eis puniunt hoc modo homicidium, & ideo supponunt baptismum: & ita sunt per se & generaliter de cetera intelligenda, vbi aliud non fuerit ab Ecclesia declaratum, vel specialis ratio non interuenerit. Hoc autem ita declaratum fuit in bigamia, non autem in homicidio. Cur autem id factum sit, cum pendeat ex voluntate legislatoris, non multum ad nos refer. Fortassis vero irregularitas bigamiae ita fuit a principio instituta ab Apostolis, tum propter significationem matrimonij, tum propter exemplum continentiae, quod in clero maxime desideratur, in homicidio vero non fuit existimatum necessarium, quia in eo maxime spectatur vel culpa, vel defectus lenitatis, & utrumque speratur per baptismum commutari.

⁴ Hic vero addendum est, limitationem hanc, quae posita est ex parte occidentis, non habere locum ex parte eius qui occiditur, non enim oportet illud esse baptizatum, vel aliam conditionem habere, praterquam quod homo sit, vt constat ex c. Clericus, dist. 50. vbi occidens paginam, irregularis fieri dicitur: & idem est si occidat excommunicatum, aut bannatum aut infans tem in utero matris, dummodo animatus sit, vt antea dixi, & tamen ille neque est baptizatus, neque aliam specialem conditionem habet. Et ratio est, quia iura simpliciter loquuntur de homicidio: & quia in interfectione cuiuslibet hominis cernitur, vel eadem culpa, vel idem defectus lenitatis, & ob easdem causas requiritur ut sit homo, & non sufficit cadaver, aut fetus nondum animatus, ut supra dictum est. Neque obstat quod in cap. Excommunicatorum, 23. q. 5. dicitur, non esse homicidas, eos, qui bono zelo excommunicatos occiderint, intelligent enim id est, de his, qui in iusto bello tales personas interficerint. Nec tamen ibi dicitur, quod non incurrit irregularitatem: nam, licet non contrahant hanc de qua agimus, incidit tamen in aliam, quae est ex defectu lenitatis, iuxta cap. De his, 50. d.

⁵ Secundo incurrit hanc irregularitatem qui dat causam mortis, que cum effectu sequitur, etiam si remore & per accidens ad illam concurreat videatur, vt qui praebet venenum, licet interdum post longum tempus operetur. Et ratio est, quia ille est vere homicidus: nō qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, vt dicitur de Regulis iuris in 6. Nihilquod interest occidat quis, an causam mortis praebeat, vt dicit Iureconsultus in Leg. 15. ff. de Sicaris. Dices, Talis effectus non est in se voluntarius, sed in causa: ergo illud homicidium non est voluntarium, prout nunc de illo loquimur. Respondeo, in primis nos principiū loqui de illo, qui ex intentione mortis talen causam applicat, cui constat homicidium esse in se voluntarium. Deinde statis est, quod praefaciunt talis cause, & quod sciens & videns illam applicet, etiam si non faciat ex odio, vel ex voluntate occidendi: si tamen hoc posterius possibile est) quāuis enim singamus id facere animo experiendi vel ostendendi efficaciam illius rei, nihilominus ibi directe vult mortem tanquam effectum, in quo virtus illa manifestanda est. Sed quid si daret venenum spe impediri statum eius applicato contrario pharmaco, antequam mors sequatur. Respondeo, si, hoc non obstante, mors sequatur irregularitatem non vitari, quamvis videatur potius pertinere ad homicidium casuale, de quo infra, quam ad voluntarium, de quo nunc agimus: quia in eo casu tantum indirecte imputatur homicidium, ratione causae imprudenter & illicite applicatae, nō quia in se fuerit volitum implicite, aut explicite. Si autem mors per contrarium pharmacum impeditur, nō incurrit irregularitas, iuxta supra dicta, etiam si culpa homicidij apud

A Deum non fuerit excusata propter morale periculum: & ita est intelligendum capitulum, Si aliquis de Homicidio. Sed inquires, an is, qui tales causam mortis applicuit, si penitentiam agat sui delicti, prius quam effectus sequatur, evitetur irregularitatem. Videtur enim homicidium illud iam non esse illi voluntariū, & ideo non esse sufficientē causā irregularitatis. Respōdeo, certe est, sicut penitentia non tollit irregularitatē contractam, ita in eo casu non impedit quominus contrahatur, quia non impedit quominus ille sit homicida, & dignus pena, tam ciuilis, quam ecclesiastica, & maxime irregularitate, quae factum potius quam culpam requirit. Vnde, licet spectata voluntate presente, illud homicidium, iam non sit voluntarium, facit est quod in ordine ad precedentem sit voluntarium: nam illa prior voluntas fuit efficax, & actu operatur, altera vero est tantum secundum quid, seu velletiras, quae non tollit voluntarium simpliciter, supposita priori voluntate.

Demandante.

Tertio incurrit irregularitatem mandans homicidium fieri per alium, si cum effectu fiat: ³ Conclusio. quod est certum apud omnes, quia ille est causa homicidij, & a fortiori habetur ex cap. Vltim. de Homicidio in 6. vbi mandans aliquem verberari, & non occidi, si alius a mandatario occidatur, irregularis effectur propter voluntarium fatem indirectum: ergo, qui directe mandat interfectionem alterius, sine dubio incurrit irregularitatem homicidij voluntarij. Quare vero potest primo, an in aliquo casu Difficultas, incurrit hæc irregularitas, etiam effectu mortis non sequuto. Dico in aliquo casu, quia irregulariter gerunt est non incurri, in iuxta superius dicta. Specialis vero difficultas est in casu textus in cap. 1. de Homi- C. t. de hoc cido in 6. vbi mandans interfici aliquem per Assas- micid. in 6. finos, ipso iure excommunicatur, & depositur ab ordine, beneficio &c. quanquam mors forsitan ex hoc non sequatur. In quo textu duo dubitari possunt: vnu est, quod fit delictum de quo ibi est sermo: aliud est, an ibi imponatur irregularitas. Priorem partem tractauit late supra declarando excommunicationes libri Sexti, vbi dixi, non esse sermonem de quocumque mandante homicidium fieri per alium, etiam si pecunia data ad hoc munus illum conduceat: vellere conductus sit latro, vel publicus hominum intersector, nisi sit ex quadam peculiari natione & gente, quae in eo textu, *Affassini*, vocatur: quare in eo solo casu incurritur penitentiā latet per solum mandatum, non securo effectu. Quoad alterā Resolutionē vero partem resolutio per tenda est ex principio huius materiæ, & proprietas verborum legis tenet: id est: ideoqne illa solum est depositio seu perpetua suspensio, non vero irregularitas in ea proprietate, in qua hac canonica impedimenta distinguuntur sententur. Ad propriam ergo irregularitatem semper necesse est ut sequatur homicidium: non refert autem quod statim vel post longum tempus sequatur, quia dilatio temporis non tollit quominus effectus ex tali causa sequatur, & sit verum homicidium, sit ut de causa physica dicebamus. Et in hoc contuenientur omnes autores.

Dubitatur autem, an mandans evitetur irregularitatem, reuocans mandatum, & reuocationem incitans, qui mandans mandatario (alias inutilis est et reuocatio, vt mandatario) quando mandatarius, non obstante reuocationem, alium interfecit. Aliqui dicunt, in eo casu incurri irregularitatem. Dico tamen, si ex parte mandantis sufficienter facta sit reuocatio mandati, non incurrit irregularitatem. Que est opinio communis Innocentii, & aliorum in cap. Aduiseniam, de Innocente. Homicidio, quam sequitur Nauart. numer. 233. Narrat. Et ratio est, quia facta reuocatione, qui dederat

manus

Obiectio.
Soluatur.

Soluatur.

An mandat
aliquam di
ligentiam ad
adhibere
tenetur;
ad impedire
endam mor
tem.

Resolutio.

2

mandatum non potest dici causa homicidij, quia iam alter non illud commisit ex mandato eius, sed ex sua voluntate. Sed contra, quia mandatarius semper mouetur ex impressione relata a priori mandato (suppono enim prius non fuisse in tali voluntate), sed ex mandato illam concepisse, mandantem autem, reuocando suum mandatum, non potuisse illam reuocare) hoc ergo latet erit, ut homicidium referatur in mandantem tanquam in causam, non obstante reuocatione. Sicut qui lapidi impressis impletum, qui minus postea conetur illum detinere, & non possit resistere, dicatur causa illius motionis, & effectus eius: ita enim se habet prius mandatum, sicut impetus impressus. Respondetur, rationem hanc habere aliquam apparentiam in consilio, de quo statim, non vero in mandato, quia mandatum totam vim mouendi habet a voluntate mandantis, quia nihil aliud est quam quædam significatio, seu intimatio illius: & ideo mutata voluntate mandantis, & intimata mandatario, omnino tollitur mandatum, cessante omnis influxus rotacae motionis mandantis. In quo est magnum discrimen inter mandatum, & impletum impressum lapidi, non solum quia impetus mouet physice, mandatum moraliter, sed etiam quia illi transit in ipsum pallium, & est irreuocabilis ab imprimente vel non, sed solum potest ei resisti per virtutem contrariaam sufficientem, quod non est ita in mandato. Tunc ergo mandatarius sua malitia se mouet ad occidendum alium. Et quauis prius mandatum videatur aliquis occasio huius voluntatis: tamen, supposita reuocatione, illa est valde remota, & iam non est occasio tam data, quam accepta.

Sed quare, an saltem teneatur in eo casu mandatario aliquam alia diligentiam adhibere ad impedirem mortem alterius, quando ei constat de pertinacia mandatarij; nam si constat, clarum est ad nihil teneri, quia existimare debet, cessante causa, cessasse effectum & periculum eius, & cum sua voluntate mutata simul fuisse mandatarij voluntate, quæ à sua tantum mouebatur ad hunc effectum. At vero, quando constat de pertinacia & voluntate mandatario, tenetur mandans, saltem ex charitate, impeditre illum effectum, si possit, nā ad hoc quilibet proximus tenetur. Sed difficultas est, an etiam ex iustitia teneatur. Et mihi quidem videtur teneri, sequens in hoc autores, quos in puncto sequenti de consiliente referam. Ratio autem est, quia dans tale mandatum, hoc ipso iniuriam alteri facit: ergo ex iustitia teneatur restituere; & impeditre damna, quæ ex priori iniuria sequi possent, ergo, si sit inde immixtum mortis periculum alteri, ex iustitia tenetur impeditre illum, prout commode potuerit vt, v.g. admonendo alium, saltem in cōmuni, quod vita eius infidia parentur, vel aliquid simile, sicut de consiliente omnes dicunt. Dices, per reuocationem mandati videatur implita hæc obligatio, quatenus erat iustitia, nam ex vi illius ablatum fuit omne periculum: & si quod postea imminet: iam non oritur ex priori iniuria seu mandato, sed ex malitia mandatarij, sicut antea dicebamus: hac enim ratione moti sunt qui dixerunt hanc obligationem esse tantum ex charitate. Respondetur nihilominus, ad hanc obligationem iustitia sat sibi; quod in re ipsa ex iniuria à me illata alter sit constitutus in tali periculo, etiā si intercedat pertinacia mandatarij; nam vnum ex documentis, quod prius mandatum alteri intulit, fuit creare in mandatario talem voluntatem, & ideo, si per solam reuocationem mandati non possum illā auferre, nondum plene reparavi damnum illatum, & ideo reuocans saltem impeditre effectum eius, quod potuerit. An vero ad incurrandam irregularitatem sufficiat omittere hanc obligationem, dicemus infra agentes de non impediente homicidium cum possit, & debeat.

Vitimo inquiri potest circa mandantem, an vt

A incurrat irregularitatē, necessarium sit, quod alter acceptauerit mandatum, & quod hoc constet ipsi mandanti. Contingere enim potest quod ex re pote ^{vitio} quo mandatum alteri intimatur, dicat se nolle illud munus assumere, postea vero mutet voluntatem, & homicidium exequatur, sine noua scientia, vel voluntate mandantis, imo fortassis eriam contra eius voluntatem, vt si iam illam mutauit. Difficultas ergo est, an tunc incurrat hanc irregularitatem. Et videatur non incurrere: nam prius mandatum, hoc ipso quod acceptatum non fuit, manifeste inefficax, quia est veluti quidam humanus contractus, quino perficitur, nisi mutuo consensu, & quando non perficitur, nullam habet vim: ergo effectus postea sequitus non potest tribui mandanti ut causa, quia non est ex motione eius: ergo non est homicidium: ergo non sit irregularis. Nihilominus censeo non esse necessariam hanc acceptionem, & in eo casu mandantem manere irregularē, etiam si nihil de uno scierit, vel licet retractauerit voluntatem suam, si non sufficiens reuocavit mandatum. Ita tenet Maiol. li. 5. c. 4. 8. 2. nu. 3. citans Innocentium in cap. Ad audiendum, de Homicidio, & Baldum in L. Cde Seruus fugit. Ratio eius solum est, quia primum timet quod mandando fecerat, ad huc se perseuerat. Responderi autem potest hoc negando, quia hoc ipso quod mandatum non fuit acceptatum, videtur fuisse extinctum. Re tamen vera non fuit: hic enim non est sermo de mandato, quinque habeat propriam obligationem, vel iustitiae, vel alienius precepti, hoc enim in talimateria locum habere non potest. Est ergo sermo de mandato prout includit petitionem, exhortationem, vel quancumque significationem voluntatis, quæ aliam ad agendum inducat, hæc ergo semper manet ex vi prioris mandati non reuocata, quia, licet alter non acceptauerit, semper retinet hanc assumptionem, quod qui mandauit, hoc ab ipso vult, & desiderat, unde licet a principio non consenserit, semper potest ex vi prioris mandati moueri, & indicare quidquid potest a operatur ratione prioris mandati, imputatur mandanti, si illud non reuocavit. Ex hac vero ratione colligitur, ad hanc reuocationem sufficere quancumque significationem mutata voluntatis, etiam si non verbis, sed effectibus fieri, ut si reddit in amicitiam cum illo, cuius mortem procurabat, & hoc scilicet notum mandatario: quod Nauarrus admotauit etiam quando mandatum fuit acceptatum, nam quod hoc eadem est ratio.

De consiliente.

Q uarta persona huius irregularitatis particeps ^{io} est consilens, qui in hoc differt a petente, quod ⁴ consilientibus suaderet mandans vero solum voluntare. Estque de consiliente expressum c. Pernio 6. de Parente, d.i. vbi dans consilium, homicida dicitur, in cap. autem, Si quis vidua, expressum dicitur, Si quis precepit, aut consilio, &c. Idem in cap. 2. de Cleric. pugnant. in duel. Idem colligitur ex cap. Sicut digni, §. Qui vero, de Homicidio, ibi Nisi forte Regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus prouocasset, & clarius ibidem, §. vlt. ibi, Et ideo si consilium dederunt, &c. vbi Glossa late id confirmat ex aliis iuribus: Eleg res certa apud omnes. Semper tamen necessarium est, ut homicidium, vel muriatio re ipsa consequatur: carebitque omni dubio si sequatur reintegra; id est, perseverante eodem consilio. Addo etiam ex vi seu concursu illius. Nam, si is qui consilium recipit reuera non moueat ex tali consilio, sed ex alio affectu, vel ratione, non potest consilienti causa actu influens in tale homicidium, quod necessarium est ad incurrandam irregularitatem, quia hæc non resultat nisi sequatur effectus: non etiam homicidium effectus consilij, nisi ex illo sequatur;

scit de mandato dicebamus. Quod annotauit Tabinia, Irregularitas, 2. num. 14. & docet expresse Hofstiens, in c. Ad audiencem, de Homicidio, num. 67. & 68. Abbas & Fel. in c. i. de Ofisc. deleg. & alij communiter apud Couarr. dict. Clem. p. 2. §. 2. n. 1. qui etiam videndum est in similitudine Reg. Peccatum, p. 2. §. 12. nro. 2. Villadiego de Irregularit. c. 6. nu. 20. Nauarr. supra & alij Summae communiter. Et saepe etiam iuria ciuilia l. Non solum, §. Si mandato fit de iniuriis. Vbi ve actio iniuriarum detur contra persuadetem, requiritur quod persuaderit alicui, al. ut volenti. Verum et hoc ultimum requiri in iure ciuilis, vt consilens censeatur dignus ordinaria pena, quia tunc solum censemur esse causa principialis delicti, quando per consilium induxit alias non legentem. Ad irregularitatem vero non semper hoc necessarium est, sufficit enim si suo confilio confirmet votum, & animu augeat, nam per hoc satis cooperatur ad delictum, & in eo casu loquitur tex. in c. Sicut dignam, §. vlt. de Hom. & in eo c. §. Qui vero, distinguunt inter eum qui prouocat, vel inflammat iam prouocatum: & vterque dicitur reus homicidij, licet non squali pena dignus. Quia tamen in qua qualitas non habet locu respectu irregularitatis, quia diuisibilis non est, vt sic dicam: & ideo vterque illam contrahit tanquam dans causam homicidio. Secus vero est quando consilium nullo modo augeret, vel immunitare animalium alterius, quia tunc potius se haberet vt extinsece consentiens, quam vi influens aliquo modo in homicidium: quo sensu intelligendi sunt autores supra citati.

Est autem dubium, si consulens retractet consilium, & conetur alteri persuadere, ut a tali consilio recedat, & id assique non posuit, & inde sequatur homicidium, an exire irregularitatem. Circa hoc Narratus eodem modo sentit de consulente, & de mandante, & ideo sufficere ait predictam retractationem notificatam alteri ad vitandum irregularitatem, absq; alia diligentia. Maior vero dict. ca. 48. cum Nauarro conuenit in hoc, quod eodem modo loquitur de mandante, & consulente: sed praeter retractationem & persuasionem, contraria, in utroque requirit, quod praeueniat aut moneat occidendum, ut sibi caueat. Citat Sylvest. Homicidium, 1. quæst. 8. versic. 6. & Tabienam, Irregularitas, 2. numero 13. qui Dolum loquuntur de consulente. Ino. Tabien. numero 14. addit. plus requiri in consilio, quam in mandato. Et rationem reddit, quia i.e. cui datur consilium, agit postea sua voluntate, & nomine, qua voluntas per consilium, inducitur, & non sufficienter reuocatur retractare consilio: mandatorius autem agit tantum voluntate & nomine mandantis, & ideo per foliam reuocationem sufficienter collit suum influxum. Quia distinctione virus est eriam Innocentius in cap. Ad audiencem, de Homicidio, quem sequitur Bartolus in diu. Non folium, S. Si mandato, num. 21. vbi in Additione multa alia pro hac sententia citantur. Quameriam tenet Bald. in f. 1. C. de seruis fugit, & Ioannes Brunelii in Repetitione capit. 1. de Homicidio, 4. p. n. 43. Et mihi placet distinctione, quando consilium datum fuit in ordine ad persuadendum intellectum, & non tantum ad inclinandum affectum.

Quod ut declarem, cum propriatione talis differentia, aduerso ex Bartolo supra sub concilio late sumpto, & absque mandato, posse includi omnem modum inductionis factam, alteri, ut gratia sui, seu in suum commodum aut se vindicando, ac denique nomine suo homicidium committant, sive fit rogan, sive comminando, sive persuadendo, ut cum Petrus rogarat Ioannem, ut occidendo Franciscum, vindicet injuriam eidem Ioanni factam : vel cum iniquus pater dicit filio, donec interficias eum, qui tibi in iuriam intulisti, non appareas in conspectu meo. Hos autem & similes inductionis modes dico per-

Atinere magis ad affectum, quam ad intellectum: & ideo illos distinguo a propria persuasione, que fit per rationes, quibus homo peruidetur, pertinet ad suum honorem vel commodum, aliud occidere. Et hanc persuasionem voco proprium consilium: sub quo etiam comprehendo instructionem, per quam alius docetur quomodo possit aut valeat talis vindictam de inimico sumere. Prior ergo modus persuasionis videtur mihi equiparari mandato quod renocatione: hic autem posterior, id est, proprium consilium minime. Ratio est, quia prior inducit semper pender ex voluntate indolentium, quia in illa tantum fundatur: nam preces, v. g. non persuadent intellectum, nisi quatenus proponunt voluntatem petentis, ut implendatur & ideo statim a aliquis desistit a sua petitione eam renunciando, aut petendo contrarium, prior petitio omnino amittit suam vim. Idemque est de communicatione, ut per se facile constat. Secus vero est de proprio consilio aut instructione: nam effectus eius est docere in intellectu quo semel facta non ultra pedet a voluntate eius, qui concilium dedit: nam, licet ipsi nolit, nec petat ut talis effectus fiat, nihilominus consilium de illo faciendo integrum manet. Et quamuis contur contraria rationibus iudicium intellectus mutasse, frequenter id assequi non potest, cum quia difficile dimouetur ab opinione semel concepta: tum maxime quia in eo casu, de quo agimus, prius consilium regulariter est iuxta humanum affectum eius cui datur, & respicit proprium honorem, vel aliud temporale commodum, ideoque moraliter loquendo, inefficax valde est illius reuocatio. Propter quod specialis ratio est in consiliente, ut ad illam maiorem diligentiam adhibendum obligetur: quod tamen intelligentum est in eo casu, in quo verisimiliter credit alium non desistere, nec mutare consilium semel acceptum. Ita enim limitant omnes autores citati, uno excepto Maiolo, qui hanc sententiam quod praedictam limitationem, periculofam esse dicit, quia semper manet mentis corruptio in alio: idemque sentit de mandatario. Sed reuera non est morale periculum, nec potest rationabiliter presumi, quod duret talis corruptio propter solum concilium preceptorum, quando alter ostendit voluntatem desistendi a tali facto, &onus admonendi aliud est valde gravis, ideoque non debet imponi sine morali causa, aut sufficienti necessitate.

Dificultas vero supereat, si post prædictam dili-
gentiam ex omni parte sufficienter factam sequatur
homicidium, an qui dedit concilium excusetur ab
irregularitate. Videtur enim ita dicendum, quia ci-
tati autores afferunt, hunc fieri irregulariter, nisi re-
uocet consilium, & admoneat occidendum, si necel-
se sit: ergo, si haec faciat, sentiunt non manere irre-
gulariter, etiam si sequatur homicidium, alias imper-
tinens esset illas conditiones adhibere. Ratio etiam
hoc suader, quia iam non potest homicidium illud
consiliorio imputari: fecit enim quantum potuit
& debuit ad impediendum illud. In contrarium ve-
ro est, quia hoc non sufficit ad impediendam impu-
tationem homicidij, si tandem sequitur ex vi prioris
influxus, & causalitatis per concilium: sicut qui
propinavit venenum, quamvis postea penitentia
ductus, faciat quantum potuerit ad impediendam
mortem, si tamen non impedit, irregularis efficitur:
ita enim se habet consilium, sicut venenum, quod
aufferi non potuit. Item admonitio alteri facta,
non videtur satis ad excusationem: suppono enim
illam moralem diligentiam fecisse ad vitandum
mortis periculum, & non valuisse. Respondendum
vero est defendendo communem sententiam (qua Decisio
fauorabilior est, & rationi magis consentanea) consilium
non esse causam mere naturalem, & physi-
ca necessitate influentem, sed esse causam moralem
qua per rationem afferri, & per liberam voluntate
impe-

impediri potest, ideoq; non esse de illa iudicandum sicut de veneno, vel alia simili causa. Si ergo post applicatam illam causam moralem, consiliarius fecit quod moraliter potuit, & debuit ad tollendam illam, & impediendum eius effectum, censetur etiam moraliter illam abstatisse, & ob eam rem illi iam non imputatur homicidium, neq; incurrit hanc poenam eius. Procederet autem optime illud exemplum de veneno in eo casu, in quo, licet voluerit consiliarius retractare consilium suum, & intimare alteri, non potuit (quod etiam in mandato obseruandum est) vt v.g. si mandatarius, vel qui consilium accepit sit absens, & non possit per literas, vel nuncium admoneri, vel contingat litteras ad eum non peruenire, etiam in commodo tempore misse fuerint, &c. in his enim, & similibus casibus existimo consilium, vel mandantem non excusari ab irregularitate, quia, licet consilias fuerit remouere causam, quam apposuit, non potuit, non solum ex malitia alterius, sed quia in re ipsa eius conatus non habuit effectum ex parte illius necessarium, scilicet intimidationem alteri faciendam. Nec refert, quod ipse excusetur à noua culpa, quia per ipsum non stetit: quia necesse est, vt de facto non influat moraliter in homicidium ex vi prioris consilij: hoc autem non assequitur per solam culpam excusationem ex impotenti prouenientem, nisi in re ipsa applicetur contrarium consilium, vel mandatum, seu reuocatio prioris.

Rursus vero inquiret aliquis, quale debeat esse

Ex quo consilium, vt ex eo nascatur irregularitas, an scilicet, requiratur directum, vel sufficiat indirectum.

Ex quo consilium, vt ex eo nascatur irregularitas, an scilicet, requiratur directum, vel sufficiat indirectum. Exemplum commune apud autores est, famicus dicit amico iniuriam passo ab alio, vel dominus famulo, ne ingrediari domum meam donec alicuius noui sefcisse intelligamus cum eo, qui iniuriam interdit. Aliud exemplum valde morale est, si Petrus v.g. post rixam cum Ioanne, consulat Franciscum, an vere manserit iniuria affectus, vel (vt aiunt) oneratus a Ioanne, ita vt (iuxta mundi leges) non possit recuperare honorem nisi per vindictam: & Franciscus declarat illum esse iniuria affectum, & postea sequatur homicidium, an hoc sufficiat ad incurrendam irregularitatem. Communis doctrina, & in communis certa est, sufficere indirectum mandatum, vel consilium per quamcumque moralem insinuationem, vt homicidium imputetur, & irregularitas contrahatur. Ita docet Panormitanus in c. Ex literis, de Excessib. Prælat. num. 3. adhibens primum exemplum. Quæ fuit etiam sententia Bart. in l. I. quis mihi bona, §. Iussum, & de Acquirenda hæredit. Sequuntur Armil. verb. Irregularitas, nu. 17. Tabiena, Irregularitas, num. 3. & Excommunicatio, 5. num. 36. Nauarrus l.n. 231. Coualtrate in Clement. Si furiosus, & p. §. nu. 3. vbialis refert. Ratio est, quia moraliter parum differunt directa, vel indirecta persuasio, aut inducione, quia utraque sufficit ad moralem influxum & causalitatem, in qua haec irregularitas fundatur. Et fere est de hac re texus expressus in dict. cap. Ex literis, de Excessib. Prælat.

Quamvis autem in genere hoc certum sit: tamen in particularibus casibus sunt duo attente consideranda. Vnus est, an verba contineant sufficientem insinuationem mandati, consilij, aut cuiuscumque instigationis, vel excitationis, nam hoc necessarium est, & ex hac parte sufficit, vt patet ex ratione adducta. Ut in exemplis positis, in priori non est dubium quin illa sit sufficiens inducione: tamen in posteriori esse potest pro utraque parte dubium, quia illud iudicium non est consilium practicum de re facienda, sed est quasi speculativum iudicium de re iam facta: vnde sic iudicans non mouet ad vindictam, etiam si fortasse res ipsa mortis. Sicut qui narrat alicui iniuriam factam in absentia eius, vnde alter excitatur adiram, & procedit usque ad homicidium narrans non videtur propter manere irregularis, quia tunc

A directe, nec indirecte præcipit, aut consilium. In contrarium vero est, quia in prædicto exemplo secundo ille si iudicans moraliter excitat ad vindictam, & consequenter ad homicidium, & iuxta præsumendum talium hominum, ille se gerit ut iudex per sua sententiam declarans alium morte dignum. Item tam in hoc, quam in alio casu de narrante iniuriam ab alio factam, datur moralis occasio protocans ad vindictam & homicidium: ergo est sufficiens causalitas moralis, & indirecta inducione ad homicidium. Quapropter haec res satis dubia videtur, nec posse generatim aliud affirmari, nisi quod habeat magnap speciem instigationis in directa: nihilominus in particulari considerandas esse circumstantias, & particularia verba, qua proferuntur, & ad forum conscientia multum etiam conferent intentionem loquentis expendere.

Aliud in hoc puncto obseruandum est, an ex extenuatione, vel mandato indirecto, incurritur irre. **Sed etiam gularitas homicidij voluntarii, vel alia minor scilicet, casualis seu indirecte volunti. Quamvis enim inductio haec dicatur indirecta, quia non sic verbis expressis: tamen, si fiat ex directa intentione homicidij, quod postea subsequitur, sufficit ad homicidium directe voluntarium, quia ad illud directe tendit intentio, & medium quamvis in ratione signi vocatur indirectum, tamen in ratione medij ad homicidium directe ordinatur, & in illud moraliter inservit. Idemque dicendum erit, si illud factum est ex intentione vindictæ, quando materia talis est vel ultra mundana existimationem, vel secundum occurrentes morales circumstantias vindicta fieri non possit sufficiens sine morte, aut mutilatione, vel tali percusione, quæ fieri non possit sine graveculo mortis: nam, vt dictum est talis voluntas, cum effetu subsequetur, sat est ad homicidium voluntarium. An vero quando nec mors est per intentionem, nec materia vindictæ, aut rixa talis est, ut moraliter postulet mortem: tunc, quamvis illi sequatur, non imputabitur ut homicidium voluntarium, sed ut indirectum, pertinens ad decisionem cap. viiiim de Homicidio, in 6. quod infra tractandum est. Et videri potest late. Additio ad Abbatem in dicto cap. Ex literis, de Excessibus Prælatorum, & Arm. verb. **Irregularitas, num. 25. & sequent.****

Si mandatarius occisus est, an mandans, aut consiliarius irregularitatem incurrit.

Tandem inquire potest, an in his casibus inquit mandans, vel consiliarius irregularitatem, si contingat mandatarii occidi ab alio, ad quem occidendum missus est. Et citius autores absolue respondent, etiam tunc incurri irregularitatem, Sylvest. verb. Homicid. um, prim. quart. 8. verbi. Quin. Sylvest. & Tabiena, Irregularitas, 2. num. 12. & alii. Sim. Tabien. milita sub eisdem verbis cum Innocentio, Panor. mitano, & alii in c. Ad audentianum, de Homicidio, Ioanne Andrea, & alii in cap. viiim de Homicidio, in 6. Sed in primis certum videtur, irregularitatem hanc non posse esse homicidium voluntarii, sed ad summum casualem, ut expressis notariis Sylvest. quia mandans, aut consiliarius, non intendit mortem illius personæ, neq; ad illam per se operatur, ut manifestum est: ergo respectu illius homicidium talis personæ casuale est, solumq; potest imputari ut indirectum. Deinde etiam de hac irregularitate potest non immerito dubitari, quia consiliarius ille, seu mandans non facit iniuriam illi ministro: ergo, licet postea occidatur, non potest dici commissum homicidium contra illum, quia, ut supponimus voluntarie acceptavit consilium, vel mandatum, & volunti non fit iniuria. Dices, satis esse quod illum expulerit periculo mortis. Sed contra, nam inquitiores maiori periculo exponunt reos, quos non quidem volentes, sed inuitos tradunt illis, a quibus certum

sciant fore occidendos, & tamen non manent irregulares. Item alias qui exhortaretur aliquem ad cōfitandam fidem coram tyranno cum, euidenti periculo mortis, fieret irregularis facta morte, quod absurdum est. Idemque est de exhortante milites in iusto bello ad strenue pugnandum, ut late videri potest apud Dominicum, & Cardinalem, in capit. Pro membris, cum sequentibus 23. quæst. 3. & in ca. Igitur, cum sequentibus, 23. quæst. 3. Deniq; contingere potest, ut mandans, vel consilens expresse admoneat, ut quis homicidium faciat sine periculo suo, id est, sine pugna & rixa, sed alium imparatum, & incautum percutiendo, aut dando venenum, vel aliiquid simile occidat.

^{18.} *An incur-
rac irreg-
qui expo-
quit alii pe-
riculo mor-
tis illa se-
cata.*

^{19.} *Rationes du-
biis factis.*

Hæ difficultates petunt, an incurrat irregularitatem is, qui alteri consilium dat, ut illicite & temere se exponat periculo mortis, si mors eius sequatur; vt, verb. grat. quod inter duellum, in quo occiditur, quod inimico infidus pareret, & similia. Non enim desunt viri docti, qui absolute negent hunc esse causum irregularitatis, quia iura de hoc non loquuntur, sed solum de dante consilium occidendi. Item quia consilium se exponendi tali periculo ut sic, non est contra iustitiam, sed contra charitatem, vel fortitudinem, per temeritatis excessum. Contrariam sententiam video esse communiter receptam, à qua nec speculatiuè, nec practice censeo esse recedendum. Quam ita exponerem: quia consilens aliqui ut se occidat fecuto efficiū fieret irregularis, quia ille vere est homicida, & licet illa proxime non sit iniuria respectu illius, cui datur consilium: quia volunti non sit iniuria: nihilominus alteri illa actio est contra iustitiam, sicut occidere est contra iustitiam: quia homo non est dominus vita sue, & multilore aliquem etiam volentem, & consentientem est contra iustitiam, quia ille non est dominus suorum membrorum: ergo eadem ratione consilens aliqui ut temere se ingrat vbi occidendum moraliter est, est homicida, & irregularis. Pater consequentia, tum quia in moralibus idem est facta, & se exponere inoralis pericula faciendo: ergo & conculere: tum etiam quia ille sic occisus vere peccauit contra iustitiam si abutendo sua vita, vnde vere dicitur homicida sui: ergo etiam consilens, & mandans, vel constitutus illum in proxima occasione mortis temeraria, est homicida, & irregularis: præsternit quia licet ille sic occisus voluntari se exposuit illi periculo, consilens sive causa talis voluntatis per deceptiōnem, & mandans per moralem vim, seu inductiōnem, & alioquin illa voluntas est moralis causa illius homicidii, & est non solum temeraria, sed etiam iniuria, vt ostensum est.

^{20.} *Contra
notanda
proposita
sententias.*

Ad rationem ergo dubitandi contra communem sententiam patet ex dictis responsio. Ad replicas vero responderet hoc procedere quoties tale periculum irrationabiler, & contra naturale præcipuum de tuenda vel non prodigenda vita assumitur, vel confunditur, aut mandatur: cessat autē prædicta ratio quādū egreditio talis periculi est iuxta legem iustitiae, & charitatis, & ideo non procedunt exempla. Nam in primo de Inquisitoribus exercetur actus iustitiae intra terminos a iure canonico præscriptis, vt infra dicimus: in aliis vero excitatur homo ad actum fortitudinis exercendum, & moraliter non committitur mortis pericolo, quia neq; illud est per se intentum, nec indirecte voluntarium, cum non intercedat obligatio causandi illud; sed est tantum permisum, quod non satis est ad irregularitatem contrahendari. Ad ultimam vero difficultatis partem Hostiensis in ca. Ad audiētiā, de Homic. n. 9. sentit in eo casu non incurrit irregularitatem, sed solum quando quis directe inducit ad aggrediendum temere pericolosam occasionem. Sed oppositum censeo verum: aduerto enim hanc non esse irregularitatem homicidiij voluntarij, sed casualis: quia

Fr. Suarez tom. 5.

A homicidium, quod evenit, nullum fuit directe intentum, sed indirecte imputatur. Ad hoc autem genus irregularitatis sufficit mandatum, vel consilium, etiam si limitatum sit, quando alter excedit fines mandati, vel consilij, ut aperte definit in casu. de Homicid. in 6. Quia totum illud debuit praenideri, & caueri, maxime cuī difficile sit cauere proprium periculum, quia alteri mortem machinatur.

De consentiente in homicidium.

^{21.} *Q*vinto dicitur hanc irregularitatem incurtere <sup>notanda
proposita
sententias.</sup> consentiens homicidio: Qui casus maiorem difficultatem habet, quam reliqui: intelligendum est enim de puro consensu sine aliqua causitate aut cooperatione, directa vel indirecta ad homicidium. Dubios autem modis potest hic consensus præstari. Primo circa homicidiu, quod ab alio fit suo nomine, & sine viro respectu ad consentientem, qui mere extrinsece se habet ad homicidium, gaudendo quod factum sit. Alio modo potest hic consensus cadere in homicidium, quod ab alio fit meo nomine, id est, ad me vindicandum, vel quod existimet mihi placere. Distinguere etiam oportet inter homicidium dum actu fit, vel quod iam est factum, nam consensu in homicidio cum actu fit, rari sume potest esse puris, id est, sine aliqua operatione positiva, vel saltem omissione impediendi illud, de qua dicemus in punto sequenti. Aliquando vero posset hoc contingere, si quis videns homicidium sit omnino impotens ad impediendum illud, & fieri gaudeat, quamvis ad illud nullo modo cooperetur. Quod tamen evenire non potest quando homicidium sit ab uno nomine alterius, ipso propisciente, & sciente, animum occidentis, non enim potest tacere & consentire, quia mortaliter cooperetur, quia tacere approbat factum alterius, & illud confirmat, immo & animum præbet. Debet ergo saltem explicare voluntatem suam, quia non vult tale facinus propter se, aut suo nomine fieri, etiam si non possit alio modo refutare, ut saltem omnem cooperationem evitare.

^{22.} *D*ux igitur regula certa sunt in hac materia. Præores, Consensus in homicidium, quod nullo modo fit nomine consentiens, si purum sit, & absq; via cooperatione, non inducit irregularitatem, etiam si verbis expressum sit. Ita tenet Doctores infra citandi. Ratio est, quia talis consensus solum est mente homicidium, per quod irregularitas non incurrit, vt manifestum est. Nec refert quod illa voluntas sit verbis declarata, aut aliter exterius significata, quia quando talis exterior actio nullo modo influit in occisionem alterius per se non pertinet ad peccatum exterioris homicidiij, ideoque pena homicidiij non incurritur propter illam actionem exteriori, nisi expressa, & speciali legis declaratio talis fiat extensis, quod in præsenti in irregularitate facti non est, vt a fortiori patet ex dicendis.

^{23.} *S*ecunda regula est, Quoties aliquis consentienti homicidio dum actu fit suo nomine, seu occasione, vel propter ipsiū homicidiū reus sit, & ideo irregularitate non evitatur. Hanc supponunt autores citandi: & patet ex dictis, quia ille non est tantū consensus, sed etiā moralis cooperatio. Maxime autem necessarium est, vt exterior non consentiat, sed repugnet, sequaque alienum a tali mandato & opere ostendat, quantum possit, nā ad hoc tenetur oblationem factam. Sed quid si exterior hoc faciat, interior autem reuerera desideret homicidium illud. Hostiens. in dict. ca. Hostiens. Ad audiētiā agens de Consulente, & mandatario, dicit, necessarium esse vt talis retractatio seu declaratio voluntatis ex corde fiat alias (inquit) si corde consentiat in conspectu Dei cadit, & significat etiam fieri irregulararem, nam subdit, Et si lex promotionis non semper in solo facto consistit, sed in facto, & animo. Citat cap. vlt. 15. quæst. 1. & capit. 1. 15. quæst. 6. nam in hoc

Nun

hoc

hoc posteriori circa finem dicitur, non tam attendenda esse, quæ sunt, quam quo animo fiant. Sed illud est verum quoad meritum & satisfactionem coram Deo, non vero quoad poenas Ecclesiæ, nisi id fuerit iure expressum, ut constat ex supra tractatis de Censuris in Communi. Hic vero talis expressio facta non est, nam potius in priori texu dicitur: *legem* de hac irregularitate, *opus magis, quam voluntatem requiri.* In eo ergo cauſu existimo non incurri irregularitatē, quia nullum est extēnum opus, neq; etiam omīsio externi operis, ratione cuius possit tale homicidium imputari: solum ergo ibi relinquit mentale homicidium, quod non est sufficiens causa irregularitatis: & hoc magis constabit ex sequenti punc̄to.

²³ Difficultas ergo communis est, an consensus in homicidium iam factum ab alio nomine meo inducat irregularitatem. Multi enim existimant, per ratihabitionem facti præteriti contrahi irregularitatem homicidij voluntarij. Est tamen diuersitas inter authores: nam quidam dicunt, ratihabitionem internam satis esse, Syluester verb. *Homicidium*, l. q. 7. & vers. 3, quæst. 5, citare Astenem, & Hostiensem, eum sequitur Maiolus lib. 5, cap. 4 § 6. Alii putant, nec ſarrium esse, & ſufficere, ut ratihabito non fit per ſolam voluntatem interiorum, sed per exteriorum facti approbationem. Alii addunt, necessarium esse, ut qui ratum habet factum, potuerit illud mādere, quando factum est: nam si tunc erat infans, vel amens, etiam ſi comparato uſuratio nis ratum habet factum, non incurrit irregularitatem. Ita Nauarrus, Ios. Andr. cap. 27. nu. 233, citans Ioannem Andream in cap. 1 de Panormo. Conuerſione in fidelium, & Panormitanum in c. Ad audientiam de Homicid. Felinus in c. *Sicut dignum*, de Homicid. num. 12. Fundamentum est, quia ratihabito moraliter efficit tamquam proprium actum eius nomine factum, qui illum postea ratum habet: quia ut in regula iuris lib. 6. dicitur: *Ratihabito retrotrahitur, & mandato comparatur*: ergo ſicut ex homicidio fieri mandato meo factum efficit irregularis fieri, ita ex ratihabitione eius idem impeditum contraham.

^{24.} Contraria sententiam veriore in censeo, quam tenet Glosa in cap. *Si quis viduam*, dist. 5. o. & in cap. *Si quis viuentem*, 31. quæſt. 1. Coarcuruimus dicta Clemencia, 2. part. §. 1. nu. 4. Villadegi de Irregular. cap. 6. n. 88. Tabiena verbo, *Irregularitas*, 2. n. 7. Armilla nu. 22. Angelus Homicidium, 2 § 6. Hostiensis in Summa, tit. de Homicid. §. Q. pœna, verbi. Quid ergo. Archidiaconus cap. *Onnes*, 17. q. 4. Et in filii Glosa vlt. in cap. 1. de Conuerso in fidel. vbi Panormitanus facuet, licet ſoleat in contraria citari. Ad probatio nem autem generalē regulam conſtituit: nullam censuram, aut pœnam ipso iure imponitam propter aliquod delictum, incurriri propter ſolam ratihabitionem, niſi in caſibus à iure expreſſis. Probatur pri mo, quia ille non committit tale delictum: ergo ſi pœna tantum sit imposta committenti, tale delictum, non extendit ad ratum habentem. Consequens pater, quia lex pœnalis non effit extendenda, maximè cum pœna ipso facto imponitur, vt in ſuperioribus viſum est. Antecedens autem pater, quia non committit delictum, niſi qui aliquo modo effit cauſa eius: nam ad peccandum necessarius est liber influxus, qui non effit sine aliqua cauſalitate. Sed qui tantum habet ratum delictum iam ante ea commiſſum, nullo modo effit cauſa illius: ergo non committit tale delictum, & conſequenter neq; incurrit pœnam latum ſolum contra committentem tale delictum. Minor probatur, quia ille non fuit cauſa, quando delictum effit commiſſum; quia tunc nullo modo cooperatus effit, & prorūſus ignorauit quod fierat: neq; etiam poſtea, quādo ratum habet, effit cauſa: quia iam non fit, nec fieri iterum potest ille effeſtus, quia ſupponimus consummatum fuſſe omni-

A no homicidium: ergo repugnat poſtea habere cauſalitatem in illud. Tota ergo illa complacentia, quia in ratihabitione habetur circa delictum commiſſum, respicit illud ut obiectum tantum, non refeſtum: & ideo numquam comparatur ad eum, qui ratum illud habet, ut delictum ab eo commiſſum a liquo modo, ſed ſolum ut obiectum gratum.

Dixi, niſi in caſibus, à iure expreſſis: quia lex potest non ſolum punire, qui commitit delictum, ſed et. *Poenam* iam qui ratum poſtea habet: quia illud etiam effit de. *luctum* poena dignum, quād iuſte potest lex impoſtere praesertim canonica. De qua ſunt aliqua ex. *empla* in iure cap. *Cum quis*, de Sentent. excommunicati in 6. vbi dicitur, incurrire quempiam in ſententiam canonis. *Si quis* juident, ſi ratam habeat percuſio nem Clerici ſuo nomine factam, quāmuſ prius ne. *jam* que illam mandauerit, neque omnino cogitauerit. Similiter in cap. *Felicis*, de Poenis, in ſexto, ponat latere contra percuſtores Cardinalium expreſſis exten duntur per illa verba, *vif factum ratum abutur*. Et ſimilis extenſio exprimitur in Clement. 1. de Poenis, circa percuſionem Epif. In his ergo caſibus in iure expreſſis iuridica effit extenſio, quia ab ipsa legi fit. Hinc vero non potest ſummi argumentum ad alias poenas, & leges, in quibus talis extenſio non fit: quia potius hinc ſummit argumentum in contrarium ab ſpeciali: ideo enim in his iuribus, & ſimili bus exprimitur ratihabito: quia ſi non exprimeretur, non comprehendenderetur, ſicut etiam exprimitur mandans, vel confulſus: quia ſi lex tantum puniret facientem, non comprehendere mandantem, vel conſulentem, ſaltē quoad censuras, ut ſupra di cūm est: idemque est de aliis poenis, praesertim ipo iure latiſ.

Dicit aliquis sub mandante comprehendere ratum habentem: quia ratihabito mandato comparatur. Vnde etiam potest quis virgere dictum ca. Cum quis, quia in eo non tam videtur ius condit, quam declarari: nam pro ratione redditur, ratihabitionem retrotrahit, & mandato comparatur: videatur ergo velle Pontifex, ex vi illius canonis, quo excommunicatur mandans percuſionem clerici, excommunicariem, qui ratum habet. Respondeatur, ratihabito: Rebus impliciter non effit mandatum, quia non habet eum in luxum in opus, quem habet mandatum, ut per ſe non cum eſt: & ideo ſi lex tantum fertur contra mandantem, non comprehendit ratum habentem: quia non extendit ultra proprietatem verborum ad ea, quæ per analogiam quādam, vel similitudinem cum aliis comparantur: ſicut etiam praefite habet ratihabito, de qua non dicitur in iure, quod fit mandatum, ſed quod ei comparatur. Hac autem comparatio ſi ad forum Dei refertur, ut multi volunt, intelligitur facile in grauitate culpa, ſicut desiderium & equiparatur operi in foro Dei: ſi vero referatur ad forum Ecclesiæ, intelligendus est quantum per ipsos canones comparatio illa, & equiparatio facta eſt: ſicut dicere etiam poſsumus, mandatum & equiparari facienti, quia ex ſe habet cum illo quādam proportionem, quam lex potest confide rare, ut illos & equales faciat in pœna. Si tamen de fa. & id non confideret, nec loquatur de mandante, ſed tantum de faciente in ordine ad talē legem, iam non & equiparantur: ſic ergo de ratihabitione, & mandato existimandum cenfemus. Neq; eſt verum, ind. c. Cum quis, non statui ſpeciale ius: nam ratio illa non inducitur, ut per ſe faciens illam extenſionem, ſed per ſe tantum ſufficiens ad mouendum Pontificem, ut illam fecerit. Et ideo fortaliter non dixit absolute Pontifex: cum ratihabito mandato comparatur: ſed, cum debeat comparari.

Hic vero aduertendum eſt, in his caſibus, in quibus iura extenſio pœnam ad ratihabitionem, non ſufficere approbationem, vel complacentiam mere internam, ſed externam requiri: quod in caſu

Sect. III. Quis illam incurrat.

699

^{18.} dicti cap. Cum quis, adnotauit Armilla verbo Rati. A
habitio, numero sexto. Et ratio ex dictis est manife-
sta, quia h̄c pena non potest imponi per Ecclesiastum
ratum habenti delictum, propter ipsum esse deli-
ctum prius commissum, quia illud nūquā est de-
lictum eius, qui tātū illud ratum habet, vt ostend-
sum est: nō nō autē puniri potest propria pōna pro-
pter delictum non suum: punit ergo talis lex ratihab-
itionem tamquam speciale delictum. Non potest
autem lex Ecclesiastica punire delictum mērē inter-
num, etiam circa actum externum peccaminosum,
& alienum versetur, quando illum respicit solum vt
objecrum, & non est vlo modo causa, vel circum-
stantia eius: ergo non potest punire ratihabitionem
mērē internam, donec exterioribus signis contesta-
ta sit.

Ex his ergo infero primō, in prædicto casu, de
quo loquimur non incurri irregulatatem per so-
lam ratihabitionem. Secundo infero, si incurri pos-
set, non fore per interiorē voluntatē sine exter-
na ratihabitione. Tertio infero, talem irregulatē-
tē, si esset, revera non esse homicidij voluntarij,
sed alterius delicti longe diuersi. Primum proba-
tur, quia irregulatē homicidij nullo iure inten-
tur extensa ad conscientē tātū per propriā
ratihabitionem: ergo non comprehendit illum. An-
tecedens ab omnibus supponitur, & qui illud nega-
uerit, op̄oret ut afferat textum, in quo talis decla-
ratio exp̄esse fiat: nā sola illa generalis regula, quod
ratihabitione mandato comparatur, nihil probat, vt
declaratum est. Et hinc ostenditur consequentia, qā
sportet irregulatē esse in iure exp̄ressam. De-
claratur deinde, nam quando tale homicidium fa-
tum est, non contraxit irregulatē ille, cuius
nomine est factum, ipso ignorantē: vt est per se no-
tum in omnī sententia: ergo nec postea contrah-
bit, quando postea sciens homicidium, ratum ha-
bet. Patet consequentia, quia tunc nullum sic homi-
cidium, nec cooperatio, aut causāt̄is eius: non er-
go insurget noua irregulatē eius. Et hinc concludit
secundum, & tertium corollarium: nam vt
talis irregulatē denuo incurritur, op̄oret esse
imposita propter riouum delictum omnino di-
stinctum à priori homicidij, etiam illud respicit
vt objecrum, nempe propter approbationem prio-
ris homicidij: ergo neceſſarium est talē delictum
esse extēnum: & irregulatē illi annexa non est
communis irregulatē homicidij, sed specialiter
imposta propter tale delictum: cum ergo in præ-
senti materia nulla talis irregulatē inveniatur,
sed illa tantum, quā est ex homicidio, vel caſalitate
eius, non est cur admittatur. Tādem explicatur
exemplum: nam qui duplex homicidium committit,
duas irregulatēs incurrit, vt suppono: qui au-
tem commisit vnum homicidium, & postea iterum
atq̄ iterum ratum illud habet, tam interius, quam
exterior, non incurrit illam irregulatē, praeter
primam: ergo signum est, propter ratihabitionem
homicidij iam facti non esse irregulatē, im-
positam: quia maior ratiō esse videtur de ra-
tihabitione proprii facti, quam alieni, etiam si meo
nomine ignorante factum sit. Imo si ratihabito-
hac sufficeret, s̄pius qui contraheret talem ir-
regulatē, si s̄pius talem ratihabitionem repe-
ret: quia licet versentur circa homicidium, deli-
ctum, in quo fundatur proximē talis irregulatē, non
est ipsum homicidium, vt ostenſum est, sed ra-
tihabitione eius: ergo multiplicato hoc delicto, mul-
tiplicabitur irregulatē, quod nō, vt existimo,
concedet:

^{29.} Dices: ergo si quis suis etiam manibus casu, & fi-
nē culpa occidat alium, & postea intelligē factum;
ratum habeat, non contrahet irregulatē, quod
videtur absurdum, quia prius homicidium per sub-
sequente volūtatem hi voluntarium, & hoc tan-
to

Fr. Suaretz tom. 1.

rum illi deerat, vt per illud contraheretur irregula-
ritas, vt nūc suppono ex infra tractandis. Respon-
deo concedendo sequelam: imd hinc cense posse
confirmari prædictam sententiam. Nam si per prius
homicidium irregulatē contrafacta non est, vt in
casu supponit, nec propter subsequentem com-
placentiam contrahetur; quia illa non est homici-
dium nisi mentale, vel ad summum verbale, vt sic
dicam, si complacentia illa verbis explicata est: ir-
regularitas autem solum propter homicidium realē
imposita est. Sicut si esset excommunicatio lata in
eum, qui coedit carnes tali die, & aliquis igno-
rantia inuincibili comedisset, & postea re cognita,
complaceret in tali facto, & ratum haberet, excom-
municacionē non incurriter; quia ille numquam
coedit carnes cum pertinacia, & transgressione il-
lius legis: nec prius factū (quod in hac materia valde
obseruandum est) constituit vnum actum mētalem
cum subsequenti voluntate, nec per illam consti-
tuitur in esse actus moralis talis personæ; ideoque
numquam fit tali pōna dignus. Vnde in hoc sensu
(qui in materia morali est maximē proprius) falso
est, prius homicidium redi voluntariorum per sub-
sequentem voluntatem, quia hoc in rigore signifi-
cat esse voluntarium per modum actus: tantum ergo
est voluntū per motū obiectū. Quid si hoc ipsum,
& nihil aliud intelligatur per tale voluntarium,
falso est hoc tantum illi defuisse ad inindicandā
irregularitatē: nam potissimum defuit illi esse actum
voluntarium causaliter, quod maximē necessarium
erat, & numquam habetur per subsequentem vo-
luntatem, vt declaratum est.

Atq̄ hinc vltērius infero, etiam si quis post com-
missum homicidium, cui nulo modo cooperatus
est, recipiat, occulat, vel defendat homicidij mētū.
licet ei aliquid donet propter homicidium factum,
vel quo scimus similes actus faciat, non propter
ea participare eius irregulatē, quia per illos o-
mnes non est causa talis homicidij, neque illud inci-
pit esse delictum eius, sed est obiectum, vel occasio
aliorum delictorum, pro quibus non est lata ir-
regularitas. Idemque est, etiam si corpus inuentum
iam defunctum feriat, aut mutillet, &c. nam hā
ctiones ostendunt odium, & peccatinosæ, & irra-
tionabiles sunt; tamen nec pro eis latā irregulatē
neque sunt causa vel cooperationes homicidij,
quod iam omnino consummarum supponit. Hęc
autem omnia in primis intelligenda sunt in foro in-
teriori, & conscientia: nam in exteriori foro, qui
hāc ageret, præsumeretur mādasse delictum, &
magna purgatione indigeret, vt se ab irregulatē
liberaret, & merito posset per Iudicem suspēdi, vel
ab ordinib⁹ amōueri. Deinde intelligenda func-
hāc per se: nam per accidens ratione scandali cōte-
rit interdum impediti aliquis ab ordīnib⁹ suscipi-
endis propter has actiones: illa verò neque irregu-
laritas homicidij est, quidquid Maiolus dicat, sed
infamia, nec duraret amplius, quam talis infamia:
nam ablato scandalō, maneret talis persona habili-
ad ordines.

De cooperatione ad homicidium.

S E X T O loco participat hanc irregulatē
homicidij ille, qui cooperatur, vel quouis modo
opem præbet homicidio. Ita docent omnes Do-
ctores: & colligitur ex cap. Sicut diognūm, §. III, de
Homicidio, ibi: **C**onstat ab homicidij reatu immunes
non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare
veniunt. Idem sumitur ex cap. Significasti, 2. eodem titu-
lū ibi: Studio, confilio, vi, et mandato: nam his verbis o-
mne genus cooperationis significatum est. Deniq;
qui cooperatur, est causa homicidij: ostenſum est
autem irregularem fieri, qui causam homicidii præ-

Nnn 2 bet:

Qualiter ergo potest: ergo. Difficultas autem est in explicanda hac pars, cooperatione, quam latius, & melius explicabimus agentes de homicidio casuali: nam frequentius irregularitas contracta ex hac cooperatione est ob indirectum, & casuale homicidium. Si ergo, qui hoc auxilium praebet, directe intendit homicidium, voluntarius homicida est, vel non, siue suis manibus, & actionibus percutiat, aut impedit alium, ne se defendat, siue solum defendat ipsum occisorem, vel illi animum praebat, etiam sola presentia ad illum finem exhibita. Si autem ipse non intendit homicidium, neque etiam suis manibus infert lethale vulnus, ordinariè non incurrit hanc irregularitatem homicidij voluntarij. Nonnulla vero distinctione opus est. Aut enim comitur alium, vel ei assistit, quem scit intendere mortem alterius, & ad eum finem incedere, & tandem pugnat cum illo: & in eo casu secuta morte, non curat irregularitatem is, qui praebet auxilium, vel per solam absentiam, ut patet ex dictis iuribus, & ex dicto c. sive §. Clericu. An vero talis irregularitas dicenda sit homicidij voluntarij, necne, videtur quidem respectu cooperantis non esse: quia ipse non intendit homicidium, nec machinatur illud: & ideo licet alteri principaliter facienti voluntarium sit, cooperanti non videtur esse voluntarium, sed casual. In contrario vero est, quia homicidium voluntarium est, & hic cooperator sciens, & viens vult cooperari ad illud: ergo est voluntarius homicida: nam vniuersaliter de illum committit, quale est illud, ad quod vult cooperari. Item quanvis ille per se non intendat mortem alterius, tamen hic & nunc, supposita determinatione amici sui, verbi gratia, dum vult illum iuare, & cum illo cooperari, iam vult, & intendit homicidium alterius. Quocirca si in eo casu cooperatio eo prefigatur, ut suis manibus infert lethale vulnus, homicida voluntarius censendus est, etiam si quasi coactus id fecerit, & conatus fuerit amicum auertire ab illo proposito, & non potuerit: quia totum illud est involuntarium secundum quid, absolutè autem hic & nunc est voluntarium: & alius actio supponitur esse talis, ut potius videatur esse principale homicidium, quam cooperatio ad illud. At vero si ipsemet non ita percipiat: sed ex actione alterius secuta est mors, ipso ad uanite, & comitando, assistendo, &c. licet irregularitatem incurrit, non tam videtur esse proprio homicidij voluntarij propter rationem factam; & quia ille neq; in intentione sua, neque in ipso visu, vel in aliqua actione sua directe vult tale homicidium: alterum autem horum, si necessarium ad homicidium voluntarium. Vnde à fortiori sequitur, multo minus fore homicidium voluntarium, si huiuscmodi cooperator ignoret, principalem locum criminis procedere ex intentione occidentia alium, sed vel furandi, vel adulterandi, vel certe vindicandi iniuriam, leniori tammodo, & absq; morte, vel muriatione: nam in his casibus nullo modo est directe volta mors ab ipso cooperante, nisi progressu, & calore rixa ita mitteretur voluntas, ut ex cooperatore fiat principalis actor, & voluntarius homicida. Que omnia patent magis ex sectionibus sequentibus, ubi etiam dicemus de non impidente: nam si aliquando ille hanc irregularitatem participat, non ex proprio homicidio voluntario, sed ex indirecto. Atque hæc resolutio de cooperante communis est, de qua

Maiol.
Couar.

late Maiolus lib. 5. cap. 48. §. 4. & Co-
uarruicias, dicta Clemen-
tina part. 2. §. 2.

SECTIO IV.

Qualis sit irregularitas homicidii volun-
tarij.

DVO queri possunt: qualis sit hæc irregularitas quoad effectus, & quoad dispensationem. Circa primum dicendum est, hanc irregularitatem habere omnes effectus supra generatum possitos de irregularitate, nullum tamen habere speciale ac proprium. Prior pars certissima est: quia hæc irregularitas est omnino integræ intra latitudinem huius impedimenti, imo inter omnes irregularitates penales hæc videtur maxime exaggerari in iure, & absque illa limitatione imponi: maxime cum præter rationem delicti includat totam causam irregularitatis. Altera vero pars probatur, quia in iure nulli inuenitur effectus huic irregularitati specialiter debitus. De duobus enim esse potest aliqualiter, scilicet de beneficiis iam obtentis, an ipso iure amittantur per hanc irregularitatem absque aliquam sententia, & de incapacitate ad recipienda regia beneficia. De primo punto fuerunt opiniones contrariae inter Iurisperitos: nam licet se omnia concors sententia fuerit, non per omnem irregularitatem homicidij amitti beneficia, quos latissime refert Salzedo in Prædicta, cap. 9. 4. tamen de homicidio voluntario, quod animo deliberato, & præmeditato sit, aliqui censuerunt oppositum, & inter eos refertur Abbas in ca. At si Clericu. de Iudicis, n. 39. Sed neq; ibi agit de quo quis homicida voluntarius, sed de qualificato: quod in aliam grauorem speciem transi: ut parviciudic, &c. Neque etiam agit de hac pena, nec de alia, quæ iure incurritur: sed de degradatione quæ proper tale delictum potest à iudice imponi. Et eodem fere modo loquitur Felinus in cap. Inquisitionis, de Accusationibus numer. 3. & 4. clarus vero asserit, proper homicidium qualitativam mutari beneficia ipso facto, argumento cap. 1. de Homicidio, in sexto. Sed ibi non est sermo in genere de quol bet homicidio qualificato, sed de illo, quod per assassinios sit: hec autem poena ex rebus speciali casu non est extendenda extra illum. Cuius argumentum evidens est, quia in casu illius ex iure incurrit illa poena per solum mandatum, etiam homicidio non secuto, quod certum est non extendi ad alios casus.

Nullum ergo est ius, quod hanc præsumtione ipso facto adiungat irregularitati homicidij voluntarij, etiam alias qualificati: & ideo non est cur tam effectum huic irregularitati potius, quam alii tribuanus, argumento etiam simpro ab speciali ex dicto cap. 1. Ecce sentiunt omnes penè Iurisperiti, ut ex Ioanne igneo referit Salzedo supra, & videtur iam possunt Felinus in capit. De quatuor de Præsumptionib. numer. 33. & Couarruicias, dicta Clementina, secund. part. §. 3. numero. 6. Nauarrus in capit. Si quando, de Scriptis except. 9. & capit. 27. num. 249. Rebuffus in Prædicta, tit. de Modo amittendi beneficia, numer. 65. & quæ supra in genere diximus de hoc effectu. Quamvis autem hæc iure communi, & antiquo certa sint: nihilominus Maiolus dicto cap. 48. numer. 1. existimat iure nouo Concilij Tridentini, sessio. 15. ea. 7. de Reformatione, dictam opinionem non habere locum, neque in foro externo, neque interno. Verba autem Concilij sunt: Qui sua voluntate homicidium perpetraverit, omni ordine, ac beneficiis Ecclesiastico perpetuo careat. Vbi nullum est verbum, quod significet hanc poenam ipso facto incurri, nisi forte fumatur argumentum ex verborum similitudine, nam eodem modo priuat ordine, & beneficiis: sed priuat ordine ipso facto, ergo & beneficiis: Ineficax vero est argumentum, cum quæ verba accommodantur rebus: carentia autem or-

Sect. I. An per homicidium indirecte volunt. &c. 701

dinis, quæ est irregularitas, non aliter quam ipso iure incurritur. Privatio autem beneficij utrummodo imponi potest, raro vero ipso facto imponitur: & quia rigorem continet, nunquam ita intelligitur, nisi exprimatur. Tum etiam quia Concilium loquuntur est sicut antiqua iura: ergo in sensu illorum loquitur est: nam si aliquid peculiare addere voluntate, expressisset. Igitur praedicta communis doctrina tam in foro interiori, quam exteriori, etiam nunc seruanda est. Vnde multi ex authoribus citatis post Concilium Tridentinum loquuntur sunt.

^{34.} Atque ex his constat, quod de beneficiis in futurum obtendendis discordum sit. Nihil enim hic speciale habemus, prater generalem doctrinam de irregularitate supra datam. Quamquam enim Maioli supradicte Concilio Tridentino alter sentiat, remanent vera nihil in hoc speciale disponit. Nam præter verba citata, haec solum habet, quæ ad hunc effectum pertineant: Nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animalium, conferuntur. In quibus etiam verbis nullum est, quod significet collationem talem ipso facto irritam esse: nam verbum, non licet, solum prohibet illam: sola autem prohibitory non statim reddit collationem nullam, nisi aliquid amplius addatur. Adnotare vero oportet, in congregazione Cardinalium circa hoc capitulum declaratum esse, quatenus loquitur de incapacitate beneficiorum: in qua sunt homicidæ, non extendi ad pensiones: quod à fortiori habebit locum in quacumque irregularitate, nisi vbi aliud fuerit in iure expressum. Et fundatum est, quia penitentia in rigore non est beneficium: de talien pensione videretur declaratio hæc intelligenda; iuxta ea, quæ de pensionibus diximus circa effectus excommunicationis. In eo vero, quod congregatio virut nomine incompatit, videtur favere opinioni Maioli. Sed non existimo in eo rigore sumptum esse vocem illam, sed eo modo, quo simpliciter dicimus fieri non posse, quod iure non licet: vel certe loquitur de incapacitate in ordine ad futura beneficia, quæ existit non quidem ex vi illius verbi Concilij per se spaciati: sed ex generali, & antiquo iure irregularitatis.

De dispensatione huius irregularitatis.

^{35.} Circa vienam puctum propositum quidam ex Conclusio prima. Cittimane, hanc irregularitatem esse prolusus in dispensabilem, ut pote iure diuino introducam. E. D. xod. 21. Paralipom. 22. & 28. Sed hoc fundamentum est falsum, ut supra ostensum est. Certum ergo est, Summum pontificem posse in illa dispensare: quod constat ex vsu, & quia est in pudentium iuriis humani. Deinde est certum, solum Summum Pontificem posse hanc dispensationem concedere. Quod præter iura antiqua, manifestum est ex Concilio Tridentino sess. 24, cap. 6. de Reformat. Ex quo textu duo colliguntur: unum est, irregularitatem hanc incurri per homicidium quantumvis occidit: aliud est, quācumq; casus occulti Episcopis ibi delegentur, hanc vero irregularitatem reseruari, ut à solo Summo Pontifice etiam in casibus occulti dari possit. Est autem illa exceptio, ut in superioribus adnotari, de homicidio cum proprietate intelligenda, ita ut mutilationem non comprehendat; etiam omnia, quæ hactenus diximus de hac irregularitate, utrinq; communia sint: quia (præter supradicta) fauorem Principis amplissime interpretamur: illa ergo exceptio ad omnem proprietatem, & rigorem verborum limitanda est, ut fauor ille, & potestas data Episcopis, quantum iuste fieri potest, extendatur: sicut etiam congregatio Cardinalium interpretata est. Possum ergo Episcopi dispensare cum mutilatore voluntario in casu occulto: extra illum vero solus Papa potest. Quis vero sit casus occultus, & alia, quæ ad illam facultatem pertinent, superius declarata sunt.

Fr. Suarez tom. 5.

A Ultimo addendum est etiam in ordine ad Summum Pontificem hanc irregularitatem esse quodammodo indispensabilem, eo modo, quo impossibile dicitur id, quod difficultate fit. Et fortasse ad hoc insinuandum Concilium Tridentinum dicto cap. 7. sess. 14. absolute dixit: *Ordine perpetuo careat.* Itaque raro, & cum magna difficultate, & nonnulli proper gravissimas causas talis dispensatio concedi debet. Et hoc etiam probat vsus, & ad hoc iuuat, quod hoc sit consentaneum diuina sapientia, & voluntati, quæ aliquando reuelauit non esse libi placitum, quod huiusmodi homicida ad suum altare accedant: tum proprietate delicti, tum quia est opus valde alienum à diuina lenitate, & misericordia erga homines, quam maxime debet representare, & præ se ferre Sacerdos, cuius munus est inter Deum, & homines intercedere.

DISPUTATIO XLV.

De irregularitate contracta ex homicidio casuali.

SVB casuali homicidio comprehendimus omne illud quod priuata autoritate fit ab aliquo præter intentionem eius, & absque necessitate defensionis, & mutilationem comprehendimus cum eadem proportione. Duobus autem modis contingit hoc homicidium casual: primo, ut indirecte tamen voluntarium sit: secundo, quando non solum præter intentionem est, sed etiam præter voluntatem indirectam, ut pote quia omnis diligentia debita exhibita est, ne ex propria actione homicidium, vel personale documentum proximi sequi possit: de utraque igitur significat ducendum est.

SECTIO I.

Virum per homicidium indirecte voluntarium irregularitas contrahatur.

Respacio affirmans certa est, in qua conueniunt omnes Theologi cum diuino Thom. 2. 2. q. 64. & omnes Summi verbo Homitudinem, & verbo Irregularitas, & omnes Canonistæ, ut à fortiori paret ex dicendis; & sumitur ex capit. Significab. 1. & c. Directus, de Homicidio, & ex c. Clerico, cum alijs, d. 50. Eratio est, quia in eo casu qui si hominem occidit, est verus homicida, esto non sit perfecto modo, ut sic dicam. Nam peccatum commissum per voluntatem indirectam, eundem speciei est cum directe voluntatio, etiam in ea species imperfectum sit: canones autem ad hanc penitentiam non requiriunt culpam homicidij directa voluntate commissam; sed omnem homicidij culpam puniunt, quia omnino abhorret hoc opus in Dei ministris. Statim vero se offerebat quæstio, qualis culpa ad hoc sufficiat: hoc vero explicabitur melius circa aliud genus homicidij casualis.

Circa hanc igitur irregularitatem illa tria observanda sunt, quæ circa præcedentem fusæ deciari auimus, & cum proportione sunt applicanda nāma materia (ut ita dicam) seu fundamentum huius irregularitatis idem est, scilicet homicidium, vel mutilatio, ita ut effectus in re ipsa sequatur. Qualitas item

^{36.} *Tertiaconclusio*
Trid.

^{37.} *Conclusio*
D. Thom.

^{38.} *Not. ad hanc*
irregularitatem.
Materia.
Qualitas.

Nun 3 irregu-